
2

THOMAS PHILOLOGVS RAVENNAS EQVES MEDICVS CLARISSIMVS

DE MODO COLLEGIANDI.







VENETIIS, Apud Camillum, & Rutilium Borgominerij fratres,
Ad signum Diui Georgij. 1576.

21

GREGORIO XIII.
BEATISSIMO AC SVMMO
SANCTISSIMOQ. PONTIFICI.

Thomas Philologus Rauennas eques,
De consultationibus Medicis.



IRABILIA, TRIA, *æuo nostro, BEATISSIME PATER, conspicimus, VNVM, Quod à TRIBVS mundi Principibus Christianissimis. A Summo Pontifice. A Maximo Philippo Catholico Hispaniarum, &c. Rege. A Religiosissimo Venetorum, &c. Senatu. & a tribus Ioan. Austrio, Marco Antonio Columnio, Sebastiano Venerio, Ducibus Belli Inuictiss. Imperatoribus. MIRABILEM à Deo contra Turcas, Victoriam, Anno 1571. Octobris septima Diuæ Iustinæ luce Classis Thracum Deperditæ: ac Maris totius amissi Monumentum. Secundum vestra in sanctitate verificatum. Quod ambitione Quaq; spreta humana vel ope, argento, vel auro Illustrissimorum & Cardinalium Reuerendissimorum, tot supremorum Decus Romanum atque Catholicum omne Christianum conclauium à Spiritu Sancto, nempe Prophetatum, directum, ac inspiratum, te à sancto spiritu Nu-*

tritum Bonum Socium, in Summum Maximumq; Pontificem votis cunctis omnibusq; suffragijs vltro, sponteq;, ac subito, sanctissimum Papam ac Beatissimum elegerit, & adorauerit. vt creata quinque, existentia, viuentia, sentientia, quæ discurrunt, & intelligunt, lætari summopere, omnibusq; congratulari, Plurimumq; suauius vel gaudere habeant. Ego præsertim, serius licet, Typographorum defectu, vestra Alitus, Nutritus. educatus. Studens. legens. ac Patria, velut mea dilectiss. BONONIA, vbi BONA OMNIA, Docens. Medens. Longa nunc autem ingrauescens ætate, imbellis, ac impotens. Qui Hominis Fines, Tres, tantum, in terris esse descripserim, Vitam longam. sanam semper. Bonum nomen. Quis enim, tam Bonus nomine etiam ipso perpetuo iam diu, & ab ortu ipso, a quibuscunque vocatus, uisu, verbo, & opere, Deus licet solus Bonus & iustus, virtutes continens omnes, Qui Bonitate in Romanum Christi fidele humanum atque ouile unicus nomine, Re satius clamatus Bonus Comes, atque exquisitus Pastor verus Christiani Gregis Dei tibi commissi, minimorum Pauperum. Mediorum. Principum atque Maiorum. immensa, ingens, maximaq; spes, ac salus existis. Tu Gloria, Amor Christi Dulcor, ac dilectio, Catholicus etenim Rex Maximus Philippus,

Sa-

Sapientissimus Venetorum Senatus, omne Humanum Comitium, omne diuinum Concilium. Spiritus sancti gratia. omnisq́; cœlestis exercitus, te unum Bonum Comitantur, Proclamant, elegerunt, conficiunt, constituere, Triplici Corona illustrarunt, summo decore, splendore maximo, atque lumine, Quo Nil Lucidius, illuminarunt. Consecrant, tibi Benedicunt. & in nomine, sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis te Bonum Socium, Beatum, ac sanctum adorant. Tertium Mirabilissimum, a sanctitate vestra nomen Trinum adeptum, numerum perfectum ingentissima continens misteria, A quo creata omnia deriuari proferantur. Vt pote principia Naturalia Tria, Materiam, Formam, priuationem, Animalia Trina, vegetatiua, sensitiua, intellectiua, plantas. f bruta, rationalia, animi, intellectum; memoriam, voluntatem. Patrem, filium, & spiritum sanctum, signaculum sanctæ Trinitatis, ex propheta, & reliqua. Decimus tertius etenim sic. xiij. rectius descriptus, x. crucem configurat, quo signo, Tot, tanta, ac infinita, fieri concernimus. Quo signo vicerunt tot imperatores, victoriis ingentibus, ac plurimis potiti. Quo signo fugantur dæmones, &c. mirabilem & magnam vos, Tres, confœderati, ac denuo alteram mirabiliorem, ac Trinam Africa. Europæ, & Asiæ, orbis totius partium trium ocius in

promptu

promptu consecuturi, cum sanctitas vestra tot pecunias, Bellorum neruos, collegerit, & obtulerit. Classem ingentem summo Marco Antonio Columnio Duce contra Turcas ter trasmiserit, Iacobo Bino Foscareno, & Superantio clariss. Venetorum Præfectis. Maximi Philippi excelso supra Trinos omnes Ioanne Austriaco Duce. Albano apud Belgas Principe. & Henrico Christianiss. apud Gallos contra Vgonistas, Abstemio Rege, ad infidelium & hæresum extirpandas uires, abolitionem, & interitum. orationibus quinimo ad Deum optimum maximum continuis; ieiunijs, indulgentiis, elemosinis, ploratibus, lachrimis, rogationibus, abstinentiis, continentiaq; omni santiss. in Iesu Christo D. N. assidua contemplatione de cœlo missus, Christianum foues tibi commissum gregem. contemplatione enim, Karitate, humilitate, seu Bonitate, qua sola cœlum capimus, quis te superat, actus bini, alæq; duæ, quibus in cœlum aduolamus a Iesu Christo sanctis suis concessæ atque electis. Corpus proprium sanguinem, & teipsum offers, humana præsidia cælestiaq; erogans vita sancta tua, Bona, sacratissimisq; operibus, diuinis atque exemplis. tu dominus noster. Protector. Redemptor. Bonus Pastor, a quo bona omnia, procedunt, Nunc etenim venit tempus, & hora. Qua Dei filius, Bonus Socius Christo similis uir

tute

tute omni, ac Bonitatis Comitate, perfectus à Deo di
lectus. Nam quid mirabilius. In ruinis etenim Ec-
clesiæ diui Iuliani medio Merceriæ pulchrioris partis
ac Venetiarum centri, vetustissimæ, quam expensis
propriÿs cum fundamentis etiam, quibuscunque meis
exedifico pecuniis, maximus compertus numus est,
Leonis imago ære decussi cum Dracone bellantis; san-
ctitatis vestræ insignia serpentem deferunt, serpens au-
tem ni serpentem ederit, probato verbo, draco non fiet.
Saluator alter itaque B. vestra a Parasceue ele-
ctus, verius directus, Nomine, Bono, sana semper,
longaq; vita, affectus, etiam sacerrimo hoc consilio
nostro, De Consultationibus Medicis, tribus his ad
plenum adeptis, mundana quæque spernens, Trina,
obsequutus Victoria, Nauali Bina, Terrestri Ter-
tia. aurum, argentum. preciosa. Regnaq; morta-
lium omnia. Diuina præmeditans, Bonitate Socia
Karitate sancta dilectione, amoreq; in Gregem & oues
tuas, Bono, Tres in cœlis fines Gloriam æternam, cœ-
lesteq; regnum, imperium atque sempiternum Trium
phans, perpetuo consequuturus.

DE CONSVLTATIONIBVS MEDICIS, LIBER,

Thomæ Philologi Rauen. Phy. Eq.

DE NATVRALIBVS.



VM in vniuerſum hęc tantum Tria ſint, ex Galeno in libro de Oculis, NATVRALIA nempè. NONNATVRALIA, neceſſaria ſcilicet & quæ ſunt PRAETERNATVRAM. Si NATVRALIA non agnoueris. Eorum, quæ ſunt CONTRANATVRAM notitiā nullatenus, vt docet Galenus 1°. Methodi, habebis. oportet igitur diligenter cognoſcere, vt ipſe ait lib. de Tuenda Sanitate 5°. Primum corporis Diſpoſitiones. Dein omnium. Quæ eis facta ſint immenſuritates.

PRIMO itaque cognoſcenda NATVRALIA 7^m. & ANNEXA, Elementis. ac Humoribus prætermiſsis. Temperies 1ª. Totius ipſius Hominis; & Membrorum Affectorum. Virtutes, quæ ſunt tanquā Princeps in pugna, vt habet Gale. Meth. 9°. velut Halyabbas itineris expenſe. Operationes, 5°. ſpiritus.

ANNEXA 7^m. perquirenda nempè, AETAS. SEXVS, Viri ſemen, ac Fœminæ Menſes. FORMA, ſeu figura, ſeu Iconium, ſeu habitus. COLOR. VSVS, ſeu conſuetudo, 2ª. Natura, tota ante acta vita, Regimen, & exercitatio præcedens. REGIO, Anni tēpus, ſtatus cæli, ARS, Mores, & conuerſatio. Cū Neceſſarijs Homini in Medium Adducenda ſunt.

SECVNDO PRAETERNATVRALIA Videlicet, MORBOS, horū tēpora, ac ſigna, CAVSAS, & SIMPTOMATA perſcrutabor.

TERTIO PROGNOSTICA, ac futura dicam, De Partibus Artis Medicæ, neque niſi præcognoſcat terminus criſeos curare cōuenit.

QVARTO NONNATVRALIA Explanabo. & primum Trium Medicæ Artis Curationis, ſeu Actionis INSTRVMENTVM, Victus præponetur Vniuerſus vulgo Dicta. Aeris Conſtitutio, Tempora, Regio. Cibus, & Potus. Somnus, & Vigiliæ. Motus, & Quies. Inanitio, & Repletio. Animi Accidentia. Quibus Naturalia conſeruantur, vel Reſarciuntur. & præternaturalia Expelluntur.

QVINTO

De Temperamentis.

QVINTO & vltimo inquiram Instrumenta, seu Præsidia Reliqua sub Euacuatione Vniuersali Reposita, cum VICARIIS, vt Clysteria Vomitus, &c. Tractando.

De Sanguinis Missione

De Pharmacis Minorantibus. Digerentibus. & Eradicantibus. Confortantibus. Restaurantibus. Simptomatibus. Sale Theriaco Veneto. s. De Igne, seu Cauterio cũ Balneis. Extremo loco. De Recidiua. Senũ, & Conualescentium Salute. De Affectuum Curatione cum Exemplaribus quorumlibet completa.

PRIMO Cõplexio duplex est. Vna totius corporis, Naturalis, ex mẽbrorum Principalium 4r. scilicet cordis. Epatis. Testium, ac cerebri ex Temperiei, vt habet Galen. Art. paruæ 2°. Actione adinuicem, ac Passione seu comparatione, Resultans. Acquisita itidem seu Accidentalis.

Altera particularis, membri cuiuslibet, primarum qualitatum in Elementis inuentarum ex actione consurgens, ac passione.

Cordis temperamentum, vitæ sedis, cui arterie deseruiunt, signis his indagatur. Respiratione, pulsu, pectoris Dispositione, ac totius corporis, Animi qualitatibus, corporeis Actionibus, Noxijs, & iuuantibus, cognoscitur autem cor

Calidum inspirationis, & expirationis Magnitudine. pulsu magno, Veloci, frequenti, pectoris amplitudine, pilositate, totius Dispositione, calore. Animi qualitatibus, vt audacia, Ira, curiositate, sedulitate. corporis Actionibus, vt promptitudine, celeritate. Noxijs, & iuuantibus, A calidis videntes facile pati calidum. Atque à qualitatibus cæteris consimiliter, vt à furore, Maniaca confidentia, ac tyrrannicis moribus, sciendum porrò in pluribus, & totum calidum corpus, ex corde calido fit. Ni maxime contra operetur iecur.

Epatis autem temperamentum, cui vene seruiunt, à quo est Naturalis spiritus. & sanguinis origo, vbi coquuntur assumpta secunda vice. à ventriculo primo Digesta, Trifariã, ex Galeno agnoscitur

Calidum quidem primum, venarum Dispositione, amplitudine, calore. superfluitatibus, vt Bili rubra multa, ætate consistenti atra, lotio, vomitu, egestione, sudore citrino sputo. Hypocondriorum, ventris, & corporis, totius pilositate, palpebræ oculorum, & labij inferioris Nigredine. Porrò Hepatis Temperies calida, calidum totum reddit corpus. Ni contra operetur Cor. Manifestum est ergo si in id ipsum concurrant principum horum vtrorumque crasses. Totum corpus perfectè circa eas disponetur. vt habemus secundo Art. p ar. Testium

De Complexionibus.

Testium, & vteri, Quibus Vasa seruiunt seminalia, Temperamentum, sequens Iecoris Principatum. Quadrifariam dignoscitur.

Calidum nempè coitu nimio cum spermate multo. Fecunda natura, Marium generatione, pudendorum pilositate.

Cerebri autem, quod vtitur neruorum ministerio temperatura

Calida venanda est ex capitis Dispositione Parui, magni, Figuræ, sphericæ aut alterius, colore rubro, ex capillis multis, crassis, crispis nigris, ex oculorum venis patentibus. ex caluitio plus modico, ex operationibus voluntarijs sensibilibus, ex sentiendi velocitate, ac facilitate, visu, auditu, tactu, gustu, odoratu. Ex operationibus internis motiuis ad omnem positionis differentiam celerem. Ex operationibus principalibus, sensu communi, imaginatiua, cogitatiua, Memoria velocioribus. Ex operationibus Naturalibus Attratrice, Retentrice, Concoctrice, Expultrice fortioribus, superfluis diminutis, concoctis, uigilia facili. ex Noxijs oppositis, ac similibus iuuantibus intus, & extra. A calidis facili passione. Constat autem quod omnibus Regalibus prædictis, quatuor, Membris ad calidum inclinantibus Hominis totius Temperies CALIDA erit, Frigida autem si ad frigidum, velut sicca. Humida, & Temperata.

Quibusdam vero ad vnam declinantibus qualitatem, Altero autem ad contrariam. Temperamenti Denominatio fit à prædominio à qualitatibus superantibus, Inferior vero subdominans erit. Ex

Visu etiam cognoscitur Homo, Hippocra. teste Prognosticorum i°. 9°. Primum enim faciem ægri pernotabis inquit ille. & Ecclesiastici 19°. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus, Amictus corpus, Risus dentium, & ingressus Hominis enuntiant de illo. sequuntur autem modo signa. Quæ his versiculis comprehensa sunt cholerici calidi, & sicci temperamenti.

Prodigus. Astutus. Fallax. Iratus. & aluo
Sicca. Hirsutus. Gracilis, Croceus, prælongus, & audax.

Sunt autem sanguinei calidi, & humidi, Note hæ,

Vena ampla, pulsu magno, iucundus, amator,
Munificus, facilisque, Rubeus, carnosus, & audax.

Similiter phlegmatici frigidi & humidi ista signa sunt.

Phlegmaticus pinguis, Niueus, sed torpet, & idem
Sepe spuit, tussitque, grauat cui lumina somnus.

Indicia melancholici frigidi, & sicci pariter hæc sunt.

Inuidus, & tristis, cupidusque, tenaxque suorum.
Luteus, inuentor fraudum, timidusque videtur.

Note

De Complexionibus.

Notæ et tẽperatæ cõplexionis, postremis his carminibus cõtiẽtur.

Conuenient Media hęc pectus, vox, villus, & ora,
Et color, & Motus scapularum. tum caro mollis.
Ac facies distincta. Cutis sit subtilis, illa
Nec mollis, nec dura, oculi charopi, nec obesus,
Conueniat caput, Aspectus iucundus, & æqua
Membra, adsit rarus sermo, Naresque Decore.

Cordis frigidi signa sunt, Respiratio parua, pulsus paruus, & rarus, pectus strictum, glabrum, corpus totum frigidum; Timiditas, Pusillanimitas, pigrities, segnities. Actio tarda, á frigore læsio facilis. At signa cordis

Sicci sunt Respiratio tarda ac rara. Pulsus durus ac paruus, pectus strictum, glabrum, corpus ferè totum siccum, Ni contra operetur Epar. Ira nec prompta, implacabilis, timiditas, pusillanimitas. Auaritia, immobilitas, á siccis Molestia facilis, cordis ipsius signa sunt

Humidi Respiratio crassa. Pulsus mollis, corpus totum humidum, Ad iram promptitudo, placabilitas cita, mansuetudo, Actio grauis, Ab humidis læsio; At temperati signa sunt, Anhelitus temperatus, pulsus medius inter paruum & magnum, inter tardum & velocem, inter rarum & spissum, pectoris ac totius corporis, tactus tẽperatus, carnositas equalis, trium virtutum temperantia, sanum consilium, intellectus subtilis, animi bonitas, securitas. Dispositio corporis, optima, Ab extrinsecis omnibus qualitatibus læsio difficilis, Modo etiam Composita complexio ex primis apparet, Deueniamus igitur ad

Epatis frigidi notas, Quæ sunt huiusmodi. Vene stricte & anguste, pituita multa, Hyppocundria & venter glabra, corpus totum frigidum, Ni contra operetur cor, signa vero epatis

Sicci sunt hæc, vene dure, sanguis spissus, crassus, abundans minus, corpus totum siccum & durum, signa existunt

Humidi. Vene molles, sanguis abundantior atque humidior, corpus totum humidum, Ni contra operetur cor.

Temperati signa sunt vene medie inter largum & strictũ. sanguis purpureus, color ex rubro ac albo mixtus. corpus inter Maciem Medium crassitiemque. At

Compositi signa composita sunt. Dicamus modo

Testium & vteri frigidorum signa sunt, coitus paucitas ac seminis, fœminarũ generatio. Infecunditas. Genitalia glabra, signa sunt

Siccorum, coitus segnis, paucum crassumque semen. Infecunditas. Pudenda sine pilis, signa sunt

Humidorum, coitus plurimus abundans semen aquosum, & humidum,

dum, fœcunda natura. Fœminarum generatio, genitalia pilosa, signa verò sunt.

Temperatorum pro extremorum temperantia: Si quis autem petat Compositorum signa, composita ea sunt. Porrò signa sunt

Cerebri frigidi caput paruum, capilli exiles, albi, recti, venæ oculorum insensibiles, sensuum tarditas, somnolētia, pigritia. Discursus tardus, superflua multa, distillationes, grauedo, à frigidis læsio. Signa sunt

Sicci, caput siccum, paruum, pauci capilli & crispi, velox caluities vaporis fumosi à calido comburente abscisione, aut à sicco exiccato vapore, pilorum materia gigni prohibita, sensuum perfectio, integritas, & operationum perfectio, quæ à longa exiccatione facta sunt. Auicenna. n. ait tertia, primo primi, & quinto de virtutibus aïalibus, quod quanto caput est crassis siccius, tanto in eo est anima prudentior, & quarto, vniuscuiusq; (inquit) caput sicut humiditate participat, ita dementia. Sicci ēt capitis signa sunt discursus lentus. Superfluitatum diminutio, vigiliæ. Noxa à siccis signa verò sunt

Humidi, Mollities partiū circa caput, capilli plani nequaquā calui. Hebetes sensus. Somnolentia & in somnum profunditas, & inertia. Ratio tarda, superflua multa, ab humidis noxa. At signa sunt

Temperati, sphærica figura, capilli medij inter album & nigrum, inter planum & tortuosum, sensus clari, tactus temperatus. Audax & promptus. Iudicia recta, superfluitas ex quanto, ac quali temperata, à qualitatibus nulla læsio. Complexio autem

Composita cerebri ex præfatis apparet.

Ventriculi Regis corporis ex sereno, stomachus vulgo, lebes corporis coquendo assumpta. Instrumentum primæ digestionis, membrum secūdo virtute propria tñ regalium vigore quatuor inferiorum cōsimili enixi, appetunt cibum, mutant operantur vita ac voluntarij sensus motu, pituitam continent is multam, immo sicut minera eius receptaculum, vel lacuna, Organorum enim quibus fiunt seruitia regalia septē ex Galeno de Anatomia viuorum, interna. sed quatuor præeminent, cor, cerebrum, epar, ventriculus, post ista in celsitudine testes, duo renes, & vesica secundum septem orbes & centra Stellarum. His additis pulmone, & splenæ, nouem erunt nouem spheris & orbibus comparata mundi. Deuenio modo ad ventriculi signa, & primum quidem sunt hæc

Calidi, cum melius, quam appetat concoquit & dura, ac alterari difficilia, cumque facilia in eo corrumpuntur. Et cum calidis gaudet, neq; à frigidis læditur modestius assumptis. Signa sunt hæc

Frigidi, vbi appetit plurimū, concoquit minimè cibaria, præsertim frigida

gida,nec facile alterabilia,immò acescunt ocius,inde fiũt ructus acidi cum frigidis gaudet, quorum immodico læditut vsu,extra frigida nec tolerat calida,à quibus neq; læditur frigidis,signa sunt hęc.

Sicci,vbi sitit velociter,& paruus ei sufficit potus,ampliore grauatur fluctuante,siccioribus delectatur.

Humidi, vbi nec sitit neque humidum superabundans facile tolerat. Humidioribus lętatur.

Temperati. Vbi tantum appetit, quantum & quale digerere potest.

Compositi,signa commixta. signa autem

Renum,vesicæ, Intestinorum,Lacertorum. Functiones sunt. & Lotij,& Fecum,& cum his egredientium, at notæ.

Pulmonis calidi sunt ab inspirationis calidæ læsione, & à iuuamento frigidorum.

Frigidi econtra. præterea vbi pituitam superfluam loquentes & cum tussi expuunt.

Sicci.si excrementis vacat & pituita,& claram vocem edit.

Humidi.si pituita adest multa.vox obscura, & rauca.

Temperati.Si respiratione nulla læditur.& vox temperata adest.

Compositi.signa permixta.

Splenis autem,& partium reliquarum signa sumuntur (ex 2. art. par.) quadrifariam.a tumore,Dolore,Functionibus, & excrementis. vnde necessarius est sensus ad hęc.& membrorum Anatome particulæ cuiusque cognitio.positio seu situs,substantia,ex qua temperies.Quantitas,Figura,Numerus,Colligantia, operatio, iuuamenta, morbus. Virtutum ac spirituum,vt dictum est supra, notitia.

Membrorum virtutis proprie(qua reguntur)& qualitatis ossis, cartilaginis.membranæ,inter coriũ & carnem musculi,pinguedinis,& carnis,reliquum est in præsentia, vt transeamus ad

ANNEXA, INTER QVAE OCCVRRIT.

1 AETAS. Quæ quadrupliciter diuiditur,imprimis.n.est. Adolescentia calida & humida vsque ad,25.vel 30.annum qua crescit & augetur corpus,iuuentus calida,& sicca,consistens vsque ad 35. vel 40.Senectus frigida,& sicca vsque ad 55.vel 60.in qua corpus minuitur,necvirtus deficit,senium phlegmate abũdans frigido,& humido, in quo virtus vitæ termino deficit vt secundo septimi colliget Auer. tradit,qua ignota mensurę intẽperãtia nescitur.neque an languenti sit proportionalis affectus.in morbis namq; minus periclitãtur ægrotãtes,qbus & propriæ naturæ,& ætatis,& habitudinis, & horæ egritu

do

do(vt ait Hip.2.Aphor.34.)ineſt.Vnde primo tertij coll. ſenes & iuuenes nõ poſsũt,inquit Auer.ęqualiter febricitare,quoniã eorũ calor naturalis ęqualis nõ eſt,& calor extraneus a calore naturali adaugeẽ, & coadiuuatur,& menſuratur menſura eius. Qui creſcunt plurimum habent innati caloris,ſenibus autem ineſt paruus calor teſte Hip. 1. Aphor.14. Propterea igitur & febres ſenibus nõ ſimiliter acutę fiunt, frigidum enim corpus habent. immo ſenium non eſt aliud, quam mala cõplexio frigida & ſicca. Et ſenũ febres, vt ait Auic. prima quarti. de rigore ſunt ſepultæ,ſenes præterea facillime ferũt ieiuniũ, minus pueri Aphor. decimotertio primi.& horum maxime infantes, & animoſiores.quorũ vermes animaduertendi,& ſenum catarrhi.Fœminarum vterus ac locelli. Succedit

Sexus animaduertendus, Viri ſemen, ac Mulieris,& menſes eius, frigidioris humidiorisve naturæ,ideo creaturæ minoris, ſuperflui multiplicis,exercitatione parua,carne rariore. Menſes ẽt animaduertendi ſunt hæreditarios adducentes languores, Albaras, Tineam, artuũ dolores,calculos,phthiſim,leprã,& ſimilia,Medico,ęgroq; incurabiles.

Forma etiam conſideranda perſonæ,an ſit robuſta,an ignaua, ac deformis,ſeu habitudo totius diſcreta partibus,viſui primo ſubiacẽtibus, deinde muſculis.Muſculi vero ſunt partes oĩbus oſsibus circũuolutæ.

Modi qualitatis corporis pariter ſpectandi ſunt,vt

Craſsities,quæ eſt caro abundans caloris ac humoris copia.

Pinguedo ex frigido & humido intenſo

Extenuatio & macies, quæ eſt pinguedinis diminutio ex calido & ſicco intenſo.

Syntheſis ex frigido & ſicco intenſo.

Squaliditas ex frigido & humido vtriſq; intenſis.

Aequalitas itaq; fit ex humorum æqualitate. Intuendus eſt

Color inſuper vultus,& oculorum,& partium quæque. Hominis. n. naturã indicant,Galenus nãq; in comitialis pueri conſilio, ego nũquã (inquit) conſpicatus puerum fortaſſe multũ aberrare poſſem, neque quo pacto ſit ab initio natura ipſius morbi, neque quo pacto nunc a morbo tractetur,cognoſcens,ſed tantum id a vobis audiens.

Cutis autem color ab interiorum humorum æqualitate cõpoſitus eſt ex albo ac rubro,ab inęqualitate eſt rubeus,niger,& citrinus,caloremq; ſignificat.Citrinus ſolus choleram rubram.Niger ſolus nigram, Rubeus ſolus ſanguinis abundantiam ſignificat.Albus & Glaucus frigiditatẽ denuntiat.Sed Glaucus malãcholiã.Albus phlegma oſtendit. Ab exterioribus autem ex frigore ſcythis eſt albus, ex calore niger Ethiopibus, ſunt & alij ſpeciales, vel ſpirituales colores ex timore,

ira,tristitia,vel aliis animi motibus.

Capillorum colores & ipsi sunt inspiciendi.Niger enim ex cholera incensa vel combusta multa fit,rubeus à calore nimio,nec adusto.Glaucus ex malãcholia,Canus ex nimio caloris naturalis defectu, vel putridi phlegmatis effectu.

Oculorum inspiciendi & colores. Niger enim fit visibilis spiritus defectu seu perturbatione, cristallini vel humoris penuria, seu plurimo interius recessu, vel albuginei copia aut perturbatione, qualitatis seu vuei humoris abundantia, subalbidus ex rebus supra contrariis. Abundantia scilicet spiritus visibilis, claritate eius, cristallini magnitudine,eius eminentia,albuginei penuria,eius claritate,qualitatis vuei humoris defectu,karopus, seu Varius & glaucus fit si conueniant rebus nigro & subalbido accidentibus. Varius tamẽ significat spiritum visibilem abundare magis, ac clarescere. Glaucus verò abundare minus, & subnigrescere in sua glaucedine, amplius & animaduertenda.

Consuetudo est secunda natura,seu anteacta vita, regimen præcedens. Praua.n.paulatim extirpanda.Nam primi tertia,si in præsenti nõ lædit,imposterum offendet. Nec contemnenda est

Regio,cœlum,seu locus,quæ specie eadẽ ac genere,diuersa tamen efficiens,qualitate,facultatibus,seu viribus. Vltimo loco

Ars & mores videndi,calida.n.& sicca,sicut Ferraria lacertos inclinat & membra ad calidum & siccum,velut artes reliquæ ad qualitates cõ similes.Piscatoria ad humidnm & frigidum,sic palestritas videas aut claudos,aut distortos,ex Galeno,aut fractos,aut aliqua omnino parte mutilatos redire.Subsequuntur nunc tractanda

NON NATVRALIA SEV NECESSARIA *hominí, & Annexa, &*

Primo Aer elemẽtũ nostrorũ corporũ & spirituũ,nos continens.Est.n. quoddam cœleste,Prog.primi septimo,in quo oportet ipsum Medicũ præuidere,&c.Dirigendus ergo est oculus ad eius substantiã,spectando temperata nè sit,an subtilis,resoluens,& laxans,caloris.n. est hæc efficiens,obstruens autem frigoris.Humida leniens,sicciq; tempore, serena placida & clara salubrior est simpliciter, periculosior per accidẽs penetrãs,fac ocius amittẽs & qualitates acquirẽs varias.Crassa aũt est insalubrior,oĩa.n.ista in aere sunt cõsideranda.Nam aeris

Qualitas vna causarum potentium est(ex Halyab.)in mutando corpora & complexiones plusquam aliqua alia res nonnaturalis.Vnde qñ nõ temperatũ fuerit continens,tantundem temperamenta aliorum mi

nui

nui oportet, inquãtũ eucrasia cõtinentis corrupta est (vt inquit Gal. tertio art. par. aer itaq; est dignior oĩbus aliis primo quartæ primi, cuius vim cõsiderare oportet, tanquã vnã ex iis rebus, quæ ocius imprimunt in cerebro sit aer continens nos, & quod continuatur ei ex vaporibus, vel quoniam aer peruenit ad ipsum absque medio per aures, nares, poros, & os. Porrò

In anni quadra vigesimoscđo scđi coll. stat salus plus, quã aliis cãis sanè

Aestas calida & sicca est, phlegmaticis opportuna, humiditates. n. extraneæ à natiuo irregulatæ calore putrescunt ocius

Bruma frigida & humida est cholericis prospera

Ver malancholicis prosperum est.

Autũnus sanguineis opportunus. Temporum aũt mutationes sunt morbiferę, ob cõgregatos in corpore humores, nõ aeris dispositione. Ver n. licet repletionis. Autumnus corruptionis morbo sit persimilis

Ver tamen saluberrimum est, & minimè morbiferum (teste Hip. tertia Aphor. x. per se, quoniã tempus temperatũ, medium eius præsertim non autem calidum & humidum, per accidens autem agitans, ac dissoluens, debile, nec humores resoluens, morbiferum.

Autumnus autem morborum æstatis nutritor, nõ frigidus & siccus, sed ferino incedens modo, inæqualis, s. quãdoq; frigidus, calidus quãdoq; velut fera, ferarũ more, vt habetur vulgariũ morborũ primo, acutas, periculosas. s. parit egritudines, & vt plurimũ exitiales. Quod ptinet ad

Regiones, patet quod regionum intemperantia permutantur corpora, cutes, &c. Harum itaq; &

Aeris natura meditanda, deq; His decem sunt agnoscenda

Primum Clima quoniã temperatũ temperiem, intemperatũ intemperiem expãdit, inter oĩa porrò climata quartum locus temperatus est, melioris q; aeris, iustũ & æquale æque distans, ac inter intemperata mediũ xlvj. primi Cãticorũ. Et primo primi de cõplexionibus apud Auic. & apud Petrũ aponensem differentia lxvij. & xlv. x. Problematum, licet xxij. secundi coll. Auer. dixerit quinto non esse melius.

Secundum, Orbis aspectus, nam Orientalis suæ regionis aerem clarum serenum ac substantia fermè temperatum (veris instar) gignit, Occidentalis frigidum, humidum, crassum causat, Autumni admodum, ac turbidum, Meridionalis calidum & humidum, Aestati similem, malarum qualitatum ac putredini aptum. Septentrionalis frigidũ & siccum serenum, Hyemi parem, putredini resistentem. Vnde habemus Cant. cix. quòd Villa ædificata à parte Meridiei calidum aerem habet: a parte Occidentali crassum habet aerem, Ab Orientis, Boreæq; parte subtilem.

Ter-

De Nonnaturalibus.

Tertium de aere considerandum est. Situs proprius, loca etenim alta aerem habent clarum euentatũ frigidũ subtilem ac facile alterabilem. demissa aerẽ habent calidũ, ac diu qualitates retinentẽ. Alti nãq; loci Villæ cõplexio frigida est. Valliũ verò loci infimi ac demissi calida.

Quartum, quod perpendendum venit, est Montium respectus, Boreales n. & Orientales aerẽ prohibẽt bonum, Occidẽtas consimiliter, Meridionales autem prauum prohibent aerẽ, calidis obstãtes ventis terrã reddunt frigidam. Septentrionales Flatu econtra, si contrarium.

Quintum Ventorum quatuor flatu Orientales, vel Subsolanus calidum & siccum, Septentrionaleſq; frigidum ac siccum aerem causant, & producunt bonum, sanũ, ac laudabilem per se, licet per accidens possit esse oppositum. Occidentalis autem ventus seu fauonius frigidum & humidũ à prędictorũ bonitate declinat parũ. Meridies, seu auster paulo calidior ac humidior, aerem producit malum calidũ, crassum caliginosum, & turbidum.

Sextum Maris vicinitate ac remotione, à quo loca remota Aestate sicciora sunt, & calidiora. Hyeme frigidiora. Mari aũt vicina tempera tiora suntHyemi ac Aestati contra operanti, Maris aqua à Sole, neque sicvelut ab ipso patiente. Ideo in Hyemali aere calidiores sumus, ac Aestate frigidiores. Pręterea Meridies calidam & siccam. Septentrio frigidam & siccam terram præbet.

Septimũ Terræ qualitas pluribus modis aerem variat. Lapidosa etenim frigidũ efficit aerem & siccũ. Lutea frig. & hum. Pinguis & crassa calidũ & hum. Sulphurea calidum & sicc. Alteraq; Minera naturã prębet suam. Fumositatis paludum seu putredinis alicuius, vnde morbi fiunt atque pestilentes.

Octauum Aeris substantia supradicta.

Nonum Anni quadris quatuor, seu temporibus.

Decimũ Syderum affectu. Quorũ cursus, positio, motus, in Austrũ, ac Boreã, Oriens, & Occidẽs. Aspectus & irradiationes aerẽ permutãt, calidorum calidisve signis calorem, & ecõtra frigus adducunt. Aerem quandoq; malignum faciunt, vel bonum aliquando. Vnde variantur Hyemes & Aestates. Neque vno consimili ve modo alia apparent tempora, neq; similiter agunt Syderum Ortus & Occasus, quæ omnia fiunt pro cœli & Stellarũ varietate, ac disparili terrarũ aspiratione.

Aquæ post aerem secũdo possunt plurimũ, & validius habitatum locum bonũ reddere vel malũ. Crassa aqua turbida, paludosa, ex niue fluens & glacie, Mineraq; procurrens mala, & qualitate, sapore, seu odore affecta praua valde existit. plurimaſq; ęgritudines efficit, at cõtra Nitidæ, clariores, ꝑpurgatę, suaues abſq; sapore & colore. Immo dulces,

& lim-

& limpidæ,ac leues,quæ potantur. Quibus conficitur panis. Obsonia condiuntur. colluimus corpora,& reliqua,quæ dicentur vbi de Balneis Thermis,& aquis infra sermo erit.

Terra consimiliter. Animalium pascua, Plantæ,& cætera, libro nostro, de vita hominis cōmoda semper inscripta,valde possunt similiter.

Secundo INGESTA, oblata,ore assumpta.cibaria quotidiana pocula & reliqua victui apta mutantia sunt,& conseruantia corpus, quanto, & quali,occulto,ac manifesto.Origine,artificio,& hora.cibus.n.multus,ex Galeno,non nutrit,sed solus, qui bene coquitur, neque gaudeant multo cibo vtentes,nam si in presenti non dolent, imposterū tamen periculum non euadent.Ex cibis bonis, cum non digeruntur, chimus gignitur malus,& ex malis,cum digeruntur, laudabilis. Ille etenim in quo mala digeruntur cibaria,seu pocula,ac nutrientia ab hoc nō decipiatur, quoniā post dies mali in ipso gignentur humores, faciētes ægritudines & pernecātes.Crassus vēter,ex Galeno ad thrasibulum, detestatut(Adagio)subtilē mentem nō parit.Noli auidus esse in omni æpulatione,37.Ecclesiastici,Et non te effundas super omnem escā.In multis.n.escis erit infirmitas, & auiditas appropinquat vsq; ad choleram,propter crapulam multi obierunt,qui autem abstinens est,adiiciet vitam, optima itaq; temperatura præditus cibus, velut pocula naturæ magis conuenit.

Cibariorū ideo modi duo. Bonus bonū, Malus malū gignit humorem. Bonum sanguinem creat in cōmixtione & opere æqualem, velut panis mundus recens fermētatus clybaneus, caro hædi,agni seu annui, malus panis opyrus,nō recēs.caro bubula,hircina,vetusta, cōtrariū operat. Et dupliciter grauis est caro suina ac bubula.Leuis pullorū, auiū nemoraliū pisciū mediocriū mobiliū magis, pinguiū minus, & squameorū.Olerū genus malū gignens humorem. Cholerā rubrā gignit Nasturtium,Synapis,Alliū.Melācholiā lens,caules,caprina caro bubula,vetus.phlegma suum,Agnorū,Portulaca,Attriplex.præterea grauis cibus phlegma gignit & choleram,leuis choleram rubram, & vterque malus.

Poculorum modi tres.primus,Nil aliud quam potus,vt aqua.secundus, potus & cibus,vt vinū.tertius,potio data contra morbi vitium,mellicratum,mulsa,conditū cibus vtilis quia reportat rectè corpori, integritatem,corporis naturam ad se conuertens.

MOTVS etiam seu exercitium totius corporis, ac partium excessiuus causa caloris est.Calor ebullitionis humorum,superfluus autē infrigidat & deficcat. Temperatus æqualem præstans calorem expirare facit,& lacertorum superflua resoluit,optimus est is,quo totius corporis

ris partes mouentur proportionaliter. Ita vt non alię vltra modū fatigentur, aliç citra, studiis se dare liberalibus, paruæ ludo pilæ, pulchrum est ocium terere negociis, laborem exercitio tolerare, feras substernere, cursare, impetum facere, fures capere, ab inique oppressis iniurias propulsare, vita Romuli aduersarios cedere, in fugā vertere, prædam eripere, & his modis corpus bene mouetur, & quāprimum lassari cepto corpori

Quies (ex Hip.) remedium, immodica quamquam infrigidat & humectat, innatum extinguit calorem. Gymnasia etiam (ex Galeno) exiccare nata sunt, & quies humectare solet, ocio & desidia languescimus, inertia ac desidia corrūpimur, æqualis æquale reddit corpus

SOMNVS & vigiliæ vtraque vltra modum facta (teste Hip. ij. Aphor. iij.) facta malum, ille quieti admodum similis, superfluus infrigidat vehementer & humectat, extra & intus calefacit, mensurato animi operationes & sensuum omnino quiescunt & focillantur, lōgus euacuationes tolerat, cibum crassiorem, & quanto maiorem.

Vigiliç motui valde similes, & extra calefaciunr, intrinsecus aurē infrigidant & deficcant, īmodice autē exsiccāt extra, intus aūt infrigidāt.

Insomnia inter vtrūq; quacūq; dispositione mala deterior est. Quod ad INANITIONEM pertinet, ventris purgatio vesicæ, narium, auris oculi, oris excreatu corporis est salutis perpetuę, qua totum ęque purgatur corpus, idem accidit ex subtili dieta, ieiunio, exercitio forti, vomitu facili assueto, sanguinis à mariscis fluxu, à naribus, vtero, & vlceribus, at inanitio huiusmodi mihi octogenario fermè tota sano vita, nullo medica adhibita tempore euacuatione. Fallax. n. est, debilitat & arefacit ab arte innanitio corpus, eiusve particulas, qualis est illa inanitio, quæ comparatur per potiones, Bolos, Catapocias, Pulueres, consimilesve, præstantius oībus Clyster, Balaniq; & huiusmodi.

Repletio pariter perpetuo mala, peior ex diuersis ingestis, quia coctionem corrumpit, obstruit, & interimit.

ANIMI insuper accidentia vel affectus seu perturbationes quinque, à veteribus Galeno de cognoscendis curandisq; animi morbis, impetus, ira, excandescentia, quæ & iracundia ac furor dici potest, timor, mœror, inuidia, vehemens cupiditas, nimius alicuius rei qualiscunq; sit amor, vel odium, consolationes à me 1556. cōpertæ, & nego quēpiam sine affectibus aut peccatis inueniri, vel si sit optima natura pręditus & viuens apud gentes, quæ optimis educationibus vtantur, omnino necesse est vnumquemque labi & errare in aliquibus, eoq; etiā magis, quo quispiam iunior fuerit, comouent autem eorum quædam naturalem calorem ab interioribus ad cutim, impetuose ira, leuiter

cum

cum suauitate delitiæ,gaudium,ad se calorem contrahunt,ac celant, impetuose terror, leuiter angustia, intus autem & extra naturalem virtutem cõmouet tristitia. Victum hæc variant & curam, iratis igitur & fastiditis cibus & potus non competit,nec euacuatio,sed eligendum tempus est,cum anima fuerit secundum meliorem dispositionē, & à fortiter tristantibus remota. Accidentibus autem his virtutem prosternentibus illico cibus dandus est.Quod ad

ANNEXA DICTORUM NONNATURalium occurrunt scilicet

VENEREA, seu coitus animi accidens,delitiarũ gratia fit,non.n.necessarius est,cum viuere absq; coitu posśit homo, Epicuri. n. sententia nullus venereorum vsus salubris,confert autem si tantum interualli adhibeatur,vt neq; resolutio aliqua sentiatur, & ipse seipso homo quodámodo leuior spirare videatur(teste Galeno iij.tegni) cuius frequentia,festina accidit senectus(ex Haly)ante horã suã corpus exiccatur,Etiam naturalis(ex Ioannitio)minuitur virtus,refrigeratur,& concussum immodice calefit,cibus & potus, somnus & vigiliæ omni ætati cõmunia secũdo secundi,Tuen.San. venerea solum adolescentium & iuuenum sunt, anteriores & posteriores non emittunt sperma,ni infectum & male fœcundum.Ictus tarentinus athleta, cũ certo sciret(velut æuo nostro Venetiis Hispanus Histrio) corporis vires eneruari libidine, toto vitæ tempore durauit veneris expers, ludis Palestricis accommodatior.

Balnea multiplicia.balneũ aquæ dulcis remollit,calidum calefacit, frigidum infrigidat.non dulcis aquæ desiccat.salsum,amarum, sulphureum calefacit & desiccat, alluminosum & gipseum infrigidat & desiccat,& infra specialius de balneis.

SECUNDO PRAETERNATURALIA TRIA.

MORBUS, huius tempora,& signa, CAUSAE,& SYMPTOMATA.

Primũ MORBUS dispositio naturã lædens,de constit. Art.tẽperamẽti, structurę,vnitatis oblęsio, quẽ curare non est posśibile tertio quarti, apud Gal.nisi sit cognitus,Aui. n.ait ꝙ nõ est posśibile curare febrē nisi cognitam.Præterea Medicũ morbos,velut Agricolã plantas (vt inquit Gal.xiiij.Meth.ix)cognoscere oportet, neq; de partibus ait, nisi dignoscatur pasśio curam eius est imposśibile inuenire.

Morbi genera tria sunt,naturis tribus contenta.

De Præternaturalibus.

Primum intemperiei octuplicis,humani corporis temperatæ complexionis comparatione. Vnde nouem resultant naturales, & accidentales,seu acquisitæ ad quæ homo ix.Meth. præter naturam labi potest.

PRIMI SIMILARIUM PARTIUM SPECIES TRES

Prima intemperiei,qualitate sola alterans simplici, quadrifariam calida,frigida,sicca, humida , composita quadrifariã etiã calida & sicca, calida & humida,frigida & sicca,Frigida & humida, frigida sine humore aliquo algor nimio aeris seu niuis frigore, humida frigidũ vulnus vacuum,vel fœtidissimũ tabidi corporis.Hydropicorum inflatio vacuo squallore torpens,sicca sine humore spasmus ex inanitione, melius,cum primo secundi coll.non detur in natura simplex corpus calidum tantum,nec humidum tantum,& primo tertij, Difficilè sit imaginari ægritudinem materialem esse simplicẽ, clarius Cant. primo commento cclxiiij.Ideo sola

Composita quadrifariam,calida & sicca, calida & humida, humida & frigida, frigida & sicca.

Secunda,cum materia(ex Auicen.octuplex)& sexdecim resultant.

Tertia ambabus rursus incidentibus trifariã,prima particula vnica, secunda pluribus,tertia toto corpore, febris intemperies calida, præter naturam in corde actiones corporis omnes ledens,ac lepra;in solidis membris Ethica,in humoribus putrida in spiritibus diaria.

SECUNDI OFFICIALIUM

Structuræ,cõpositionis,organorũ,ĩstrumẽtaliũq; mẽbrorũ gña quatuor.

Primum plasmatis,formæ,creaturæ,quadrifariam

Prima figuræ mutatæ à forma sua,mẽbrorũ,f.incõueniẽtia,fœda capitis lõgitudo,tortuositas,quadratus vẽtriculus,cristallinus latus,& ecõtra.

Secunda Viæ seu concauitatum trifariam,dilatatio,constrictio,clausio, seu obstructio iecoris repletio manuum pedumq; cauitate repleta in poris,eorum strictura,aut largitas,&c.

Tertia Receptaculi,vẽtriculorũq; quadrifariã,maioris seu latioris,min. seu strictioris,obstructi vel repleti,euacuati, seu deserti cordis à sanguine & spiritu, gaudio immodico pernicioso, seu timore.

Quarta Superficiei bifariam,asperæ,gutturis, aut pulm.canalium lenis vteri seu ventriculi.

Secundum Quanti cõtinui solius bifariam, totius Adaucti nichomachi smyrnei moles ab Aesculapio curata,partium,si mẽbra crescant amplius

Præter Naturam.

plius quàm deceat, velut magnum caput, lingua crassa, diminuti totius, vltima paruitate ac indecenti pigmei, ptisis, partium caput paruum, stosicco, epar, lingua, à ventriiculus parua.

Tertium Numeri, quanti discreti, bifariam aucti dupliciter natura, digito superfluo extra naturā glandula, lumbrici, ascarides, verrucę magis latę vel pori. Acrocordines. i. magnæ carnis additiones, diminuti natura dupliciter, vniuersaliter, nascenti absq; omni, vel particulariter digitorum aliquo, præter naturam omni, vel vno abscisso.

Quartum Situs, loci, positionis, colligantiæ, societatisve sub situ specierum quatuor.

Primæ Exitus partibusq; vna ab altera, absque similaribus separatis, seu motio membri de loco suo, aut à iunctura sua. Dislocatio capitis adiutorij à spatulæ concauo, seu vertebri ab ischia, & ossium sine fractura separatio, ligamenti, sub quo neruus & tenanthos, à suo recedentis loco ruptura.

Secundæ Remotio relaxatio quædā membri à situ suo, nec penitus egrediens, scissum siphac intestinis per eam descēdere nequeūtibus.

Tertiæ motus lesus, membri fixi tremor artuum mucillagine lubrica.

Quartæ fixio membri mobilis, podagra nodosa, gipsea, lapidea.

Quintum Colligantiæ societatis sub situ ex medicis, genus autem quartum sub habitu ex Auerroe reponente quantum & numerum sub vno quantitatis genere, quadrifariam

Primæ Motus seu dispositio membri ad vicinum impossibilis vel difficilis digitorum inter se & labiorum. Quę conglutinantur & adhærent neq; separantur, aut separantur nec conglutinantur, separatio adhærentis membri vniuersaliter fit, aut in membris consimilibus, aut officialibus, ossibus fractura, carni ex recenti tempore plaga ex veteri vlcus plagaq; putrida, Venis, neruis, vel arteriis accidens alio nuncupatur nomine, si verò mediis lacertis contingat, contusio dicitur seu cōtritio, cutis excoriatio, inueterata putrida plaga, in officialibus membris perpetua fit separatio, vt est manus vel pedis abscisio.

Secundæ Recessus consimiliter palpebræ relaxatio, artuum paralysis, oculi & manuum difficilis apertio.

Tertiæ Relaxatio, incisio, tensio ligamenti membra cōnectentis, linguæ nec probe loquentis, nec masticantis, virgæq; indirectæ, &c.

Quartæ consolidatio præternaturalis membrorum labiorum, palpebrarum, digitorum, ani, vuluæ, ac similium.

TERTII VNIVERSALIS NATVRAE

Vnitatis solutio continui imparilitatis dissolutio, iuncturæ separatio,

De Morbis.

membrorum disiunctio, communis morbus instrumentalium æque vna ac similiarium species nouem

Prima Cutis sublatæ excoriatio, incisiione parua diuersis locis cucurbitula, ventosis, &c. scarificatio, & caraxatio.

Summa autem caraxamus, sed infima scarificamus.

Secunda Carnis cuti propinquæ, quandoq; remotæ, vbi nondum sanies plaga, pure facta vlcus.

Tertia Ossis separati fractura, longitudine scissi, fixura, rimula, plerumque impropriè plaga, vlcus.

Quarta Cartilaginis solutio dimensione trina nomine caret.

Quinta Ligamenti & chordæ cassatio arabicæ Rabath.

Sexta Nerui profundo punctura. lato incisio, longo numero nec multo fixura, multo autem contusio.

Septima Musculi capitis, caudæ seu medij, extremo neruo eius, seu chordæ (eo constantis & ligamento) primus modus attritio dr̄, secundus lato separatio, tertius longo numero pauco cauitate magno liquefactio, amplificatio. quartus partibus multis lato cōcauo attritio, dissolutio, His duobus & liquefactio in lacerti vt cunque medio.

Octaua Arteriarum venarumq; in genere orificiorum perforatio, non magna dilatatio, apertio, quasi sudore quodam emisso, lato incisio, separatio, perforatio longo fixura, cum re dura contusio. arteriæ ac venæ sanguinis in receptaculo circundante seu exeunte mater sanguinis, Aneurisma. vnde aiunt

Diabrosis venas corrodit, rixis scindit, aperit anastomasis.

Nona Panniculi & diafragmatum ruptura.

COR imparis solutionem nullā tolerat. Quoniā prius interiit.

MORBVS simplex in vna natura, vel vno humore.

Compositus in pluribus naturis, seu humoribus. in duabus linguæ sicci tas, complexionis, breuitas quanti compositionis. in tribus abscessus, tumor, pustula. eminentia. Bothor.

ABSCESSVS AVTEM EST

Tam mēbrorum mollium, quàm duri ossis, & cartilaginis primo decimotertij Meth. mutans membrum à sua naturali quantitate in eam quæ extra naturam.

Differentiæ plures

Calidi, non calidi, essentia, vel accidente, materiæ frigidæ etiam, putredine, seu adustione.

SEX præcipue species

Humorum quatuor materia varia quatuor, Aquæ, & flatus, seu catarri

Auic.

Morbi Abscessuum.

Auic. secunda primi fluentis, si non habeat causam manifestam, Gal. de tumoribus reumatis

Calidi prima phlegmon ex sanguine, signa rubor, durities pulsus, dolor, calor, tumor, crasso vel subtili, cutis solius spina.

Secunda Herisipila ex bili rubra, signa calor, rubor citrino mixtus. Dolor magnus cum punctione, augmentum velox, pura herpes ex Gal. His cōpositū prædominās denominat prępositum. Phlegmō herisipi latodes, herisipila, phlegmonodes. Similiter phlegmō scyrrosus, scyrrus phlegmonosus, phlegmon Oedemonodes, Oedema phlegmonosum. congregatione ac sanie vocatur exitura. carne laxa & glandosa, axilla, aure, & inguine bubo. Luis autem materia corrupta, pestilenti, venenosa Tauni, altoin, vulgo bochium epidimiale. Tempora quatuor habent, principium, quo humor egreditur, augmento augetur, stat, declinatione minuitur, vel resoluitur, vel maturatur fit pus & sanies, vel induratur.

Non calidi Tertia ex atra bili (signa durities cum nigredine absq; sensu) genera tria, scyrrus, scyrrosis, sephiros. qñq; ex se factus, quandoq; ex alio abscessu, ex sanguineo sepius, quandoq; ex phlegmatico, lapidificatur qñq; ex diaphoreticis, quiescens nec sæuus, insensibilis, permanet, nec dolet. certus, ex melancholia incurabilis. Non certus ex melancholia & phlegmate salubris, sensibilis, &c. Cancer, mobilis, sæuus, sentit, addit, serpit, omoyde simili forma pedum cancrorum, dolet immodicè, fit ex adusta melācholia, adustio. n. in re omni est corruptio violenta, particulis omnibus, mulierum præsertim mamillis, glandula separata ab eo in quo est, vnica, mollis, cuius sunt scrophulæ plures duræ cum velamine in superficie, ortæ in collo & sub axilla. Nodi separati ab eo in quo sunt.

Quarta ex phlegmate, notę albedo, mollities, digiti stans ĩpresio, absq; dolore, species duę, & plures pro pituitę dr̃a, aliarumq; proprietatum ac velut caro, puls, mel, & similia, in iuncturarum curuaturis. abscessus laxus vdimia, ydema, zimia ex phlegmate coagulato, quādoq; ex spiritu vaporoso, certus. Non certus glandulæ molles, & fila. testudo postea, huius species tres talparia capitis, bocchium colli, testium hernia. lupia iuncturarum, siccorumq; locorum, à mēbro separatæ coopertorio inuolutę. In emunctoriis Hyemeq; vt plurimum mundificationis via crisis deriuationis. differunt à nodo (plumbo sanato graui) sextupliciter fixione motu, duritie, sparsione, redditu extractione. A neruorum nodositate à dextro in sinistrum tantum mobili.

Quinta Aquosi, ascitis, ramex, hernia cranei.

Sexta Ventosi cachesia, inflatio, tumor, ex Galeno satiriasis priapismus.

EMINEN-

EMINENTIARUM, SEU BOTHOR *genera Quot Apostematum.*

Variolę è sanguine corrupto bulliente, velut mustum in vegete, natura, epidemiis, vniuersiq; victus errore

Phlyctenę trium generum, exanthemata à Plinio eruptiones pituitosæ, papulæ, psidration paulo durior subaldida & acuta, epinyctis essere sireve ex Auic. Arabicæ à bili rubra pura

Desudationes & Morbilli } ex prędictis misti, plurima quidē bili sanguini subtili permixta

Claui, qui &

Furunculi Arabicæ ademenul.

Scabies malancholici, ex sanguine bili, & melancholia, vel ex sangui ne, salsoq; phlegmate.

Verruca. PITVITOSI

Formica milliaris kencris ex Gal. a bili, pituita, & melancholia, secun da altera corrosiua, ambulans.

Aquosi vesicæ, Ampullæ. Inflationes ventosi.

MORBVS manifestus in exterioribus corporis sensu perceptus, vulgo abscessus extrinsecus.

Occultus in interioribus corporis, absconditus triplex facilis cognitu, dolor ventriculi & pectoris, secūdus cognitu difficilis, epatis affectus & canaliū pulmonis. sensu carentium, tertius æstimatione sola, certi tudine incogniti, virgæ viarū affectus similitudine, quā hēnt ad inte stina, vt difficile sit discernere, ac præcipue inter lapidē & colicam, ex Gal. quarto secundi de locis affectis in seipso decepto.

Factus, fiens, futurus fieri.

Per quam acutus, perperacutus in quarto, peracutus in septimo terminans, acutus absolute xiiij. acutus cōuersiuus, xx. tropicus, reuersiuus, membrorum principaliū, propinquorū, intra vasa, extra, in venis magnis, paruis. ductuum viis, propriis, remotis, salubris, lætalis, sanatiuus non habet curationis impediens velut nuda intemperies, non sanatiuus curari impeditur, capitis dolor cū reumate, pgnās, colica, &c.

Essentialis, per se, proprius, vnius membri absq; aliorum respectu, ventriculi indigestio, innutritio atrofia alimenti proprij.

Accidentalis, consensus, colligantia, communitas, societas, vnius membri ad alterum, quæ fit

MODIS SEX COLLIGANTIAE

Primus Ventriculi & cerebri, neruorū tertij ac sexti paris, vteri cū mamillis ob venas ascendētes, cōtinuitate, secūdus via inguinis ad cru ra eius

ra eius abscessu,tertius vicinitate seu propinquitate pulm.& cerebri in peripneumone,paraphrenitis,maxillarũ rubedo,quartus functionũ dependentia diastolato thorace cõdilatatur pulmo. quintus seruitio arteriarũ ad cor, venarũ ad epar,neruorũ ad cerebrũ,sextus tertij medio epatis venarũ inter cerebrũ & renes,& fit in his qñq; circuitio ex Auic.casus, vt pote à cerebro humoribus ad ventriculũ fluentibus digestiua imbecilli vapores prauos ventriculo iecore medio nõ corrigente eius defectum ad cerebrum transmittente, septimus obiecti indigestibilis,vt ceresiarum, ossis respectus

Proportionalis tẽperamento,ætati,tẽpori,habitationi,& regioni,salubrior,improportionalis ecõuerso,causæ magnitudine contingens

Permutabilis in meliorẽ,in deteriorẽ,vt pleuritidis in peripneumoniã, suffocationẽ indicantem,& pthisim,& phrenitidis in lethargum.

Superfluitatis triplex sanãs alterũ,velut quartana caducum,podagram, varices,artritim,scabie, pruritu, & bothor spasmus curatur, ventris fluxus sanat oculorum affectus,& ecõtra pleuritis,& peripneumonia diaria curantur,sicut melancholia ischiadica, renum & vteri dolor hemorroydarum fluxu.

Regionalis,vt Alexandriæ elephantiasis,Medena ciuitate vena meden, pustula vesica crurum vermis, Sabaudiæ Bocchium gutturis, myconius caluus insuli vitiũ quasi gentiliũ omnibus fermè cõe,ex Lucilio, omnis calua iuuentus.

Hæreditarius albaras alba,ophiasis,tiria,artetica,phtisis,lepra, calculus,bruta,vertigo,cocleus,manchus,

Contagiosus,astantes inficit,de alio in alium transit,stricta præsertim domo,atq; sub vento astantem.Metro

Febris acuta,phtisis,pedicon,scabies,sacer ignis.
Antrax,lippa,lepra,varus,contagia præstant.
Albara, dentis stupor,colica,ileos,alba
Menstrua,pleuritis,ventris fluor,atq; phrenitis,
Carbunculus, pestis,bocchium,morbill us, & vlcus
Putrens,apostema,congelatio.

FRACTVRAE

Disunionis vulnerum vlcerum &c. foraminibus naturalibus maligna materia vel negligentia exortis dilatatis seu constrictis,respiratione prohibita spirituũ & sanguinis transitu mẽbra corrumpuntur,& nascitur in eis herpes estiomenus, quasi hostis hominis, vel comedens hoiẽm,vulgo morbus Sancti Antonij,vel Sãcti Martialis, mortificatio.s.& mẽbri dissipatio cũ cadauerali putredine,ac mollitie à cãcro differens

Præternaturalia.

differens & lupo ac eo affectu qui dr̃, Noli me tãgere, membra dissipã tibus corrosione cũ duritie. Cancrena, ex Galeno, mortificatio quidẽ est & ipsa solidorũ corporũ corruptio & destructio, nõ tñ ossibus innascitur, & maximos sequitur phlegmones, species quædã sfakelorũ existens, vocat aũt sfakelum solidorũ corruptionẽ corporum vniuersam, vt & neruis innascatur, nedũ carnibus & vasis, nullũ tñ os est ita durum quin in vlceribus fistulosis senũq; inueteratis & inossatis possit putrefieri, virescere, & liuescere, ac remolliri, superfluitatibus nitrosis & virulentis imbibi, & intumescere à forti, velut sepissime vidimus, & perseuerante acriori causa

MORBI ET SIMPTOMATA Nomina sortiuntur octo modis, vt habetur secundo secũdi Meth. primus à membro cui inhærent, pleuritis lateris, cephalea capitis, &c. secundus ab accidentibus, morbus sacer caducus, tenesmus pruritus anũ stimulans. tertius ab horũ vtroq; cor dis dolor, aurium tremor quartus à morbi causa mania, melancholia, hyposarca albũ phlegma. quintus ab exterioribus sui similitudine, Formica, fauum mellis, satiriasis. sextus à morbi essentia & substãtia, febris incendium, abscessus collectio, distensio. septimus à primo patiente, vlcus balchium corrosiuũ, octauus à primo curante famoso, vlcus chironium putridum concauum. nonus additur ab effectu, estiomenus, sfakelus, lupus.

FEBRIS, CONSIDERATIO subsequitur, Quæ dicitur.

A feruore pyreos. i. ignis feruorẽ toti adducens corpori, & est calor naturalis ex Gal. xv. primi Aphor. in igneum mutatus, ex Auic. prima quarti est calor extraneus in corde accensus arteriis, ac venis, neruis, & reliquis, spiritu sanguine & vaporibus in totum accedens corpus operationibus noxius. Eius sunt

Genera tria

Diaria seu ephimera in spiritu, putrida in humoribus, ethica seu habitudinalis in mẽbris, cũ in hoĩe hæc tria tãtũ corporea sint. Et hæc

Duplex est scilicet

Cum inflãmatione, apostematis, seu mẽbri nomine dicta pleuritis, absq; inflammatione febris. & est

Vniuersalis morbus communitate inhæsionis. prædicatione autem

Particularis. Quoniam species triũ generum, quia intemperies calida, & sicca. Diuidit febrem ipsam

Rasis, diuisio prima eius est talis

Febris est ægritudo, cuius causa immediata non est ægritudo vt quæ

putredinem

putredinem sequitur.

Febris accidens cuius causa immediata est ægritudo, & quæ abscessum, & vulnus sequitur, &c. Traduntur eius

Diuisiones septem minus principales, nam aliæ dicuntur.

Acutæ quæ breui terminantur, ad plus in xiiij. Peracutæ, ex Hip. in quarto sæuorum accidentium.

Non acutæ absolute, tropicæ seu conuersiuę ad cronicas à decimoquarto ad quadragesimum. cronicæ seu tpales à quadragesimo supra. Aliæ

Nocturnæ, diurnæ, salubres aliæ recte. Habentes horribilia accidentia.

Dimittentes, interpollatæ, continentes, assiduæ.

Inseparabiles quadrifariam consideratæ. Remittentes à prima inuasione ad finem Paragmasticę, agmasticę, augentes consimiliter

Ex fortiatæ qñq; intensæ, qñq; remissæ. cōtinuę proportionales, homotonæ similes, rigorē habentes frigus horripilationem frigidæ, calidæ sine typo, simplices tertiana, quartana, quotidiana, cōpositæ tres hemitriteus, ac plurimæ Carminibus his comprehensæ.

Paruus hemitriteus in venis phlegma recondit,
Exterius choleram, medius conuertitur illi,
Maiori humor inest prauus, fel putret at extra.

EPHIMERA generum trium est.

Primum spirituum trium inflammatione, animalium à cerebro per neruos ī totū corpus, specierū sex, vt pote vigiliis, mora multa sub sole, solicitudine nimia, labore ac lassitudine, catarro, somno & quiete.

Vitalium à corde per arterias specierum sex, ira sinocham vel tertianam adducens, tristitia, mora aeris frigidi. Balnei consueti dimissio, Balneum thermarum, Rasis tertio in corporibus calidis, seu calidum, mora in his longa.

Naturalium ab Epate per venas specierum nouem, fame, fluxu ventris, vini potu, cibariorum calidorum esu, fastidio seu nausea, siti, extraneo in ventriculo, cibo alimenti multi, cibario subtili.

HVMORALIS generum duorum est.

Interpollatæ species tres sunt, ex putredine in vnica corporis particula, cholerica, phlegmatica, melancholica.

Continentes specierum quatuor, ex putredine in omnibus venis, sanguinea generum duum, de qua vulgo dicitur

Sinocha de multo, sed sinochus de putrefacto

Specierum trium Meth. tertio Epacmastica crescens, paracmastica decrescens, acmastica homotena pari permanentemagnitudine.

Cholerica specierum quatuor tertiana pura exquisita interpollata.
Notha spuria non pura, continua, causon.

De Febribus Morbis.

Phlegmatica specierum trium. Quotidiana pura intermittens, spuria, continens Latica.

Melancholica specierum trium, quartana pura interpollata periodica Notha, Asidua, Quintana, Sextana, Septena, Octena, Nouena, Decena, Tricena, & similes, á me visæ, & curatę.

Empialos ex phlegmate vitreo, in qua occultatũ frigus, & apparet calor, lipparia ècõuerso, particeps vtriusq; cõposita ex empiala, & lipparia.

Syncopalis humorosa, syncopalis minuta subtilis

ETHICA, habitudinalis generum duum.

Ethica febrilis graduũ, vulgo spérũ triũ, prima, secũda, tertia senectutis,

PESTILENTIALES febres, & annexa vt

Pesticulæ, phlyctenę, de quibus supra.

Pestis, Lues, Epidimia.

Vari, Variolæ

Morbilli

MORBO ANNEXA

INDECORVM, Quod est generum octo, inter ea Pilus primus attenditur, qui subiiciturvndecim dispositionibus, prima Alopecia, ophiasis, tiria, secunda errosio destructio á sirone detruncatio, tertia imberbis, & contrariũ, quarta breuitas, quinta fixura scisio, sexta subtilis, gracilis, septima crassus, octaua crispus, nona lenis, planus, decima canus, vndecima color.

Secundum coloris immediate tẽperiẽ sequentis figura prioris, quatuor sunt genera, primum fœdus, ictericus gipseus, secundum procatarticum, á calido niger, á frigido plumbeus, tertium extraneum corpus, lentigo, morphea, quartum cicatrix, tubercula, pannus, rubor infra primam cutem & supra inferiorem.

Tertium genus est odoris aurium fœtor, narium, anhelitus, titillici, ructus, & exeuntiũ, quartum figurę immediatę cõpositionẽ sequẽtis macies, crassities, quintum saporis, amara lingua salsa, cui displicet dulcor, cibi, potus voluptas, &c. sextũ soni orecmõ, stertor, peditus, rugitus, septimũ exeuntiũ, sputũ, frequẽs mictus, octauũ pediculorũ, lẽdiũ.

CAVSAE PRAETERNATVRALIVM.

Quoniam verò scire, ex Philosopho, est rẽ per causam cognoscere, ideo prius sciendum tertio Art. par. deinde deueniendum ad eam, quę facta est ægritudo, ad glauconẽ primo, si cãm ignoras, quomodo curas? præterea dictum est serapionis primo breuiarij, causas oẽs inquire, cognitio. n. alicuins per suã cãm est perfectior, quã suum esse tantum ex Auer. in animæ prohemio, & Physicorũ viij. V[illegible] autẽ causas omnes

oẽs per notiora nobis. Cumq; causa oĩs tertio Art.sit ad aliquid, ideo oportet semper meminisse,de differentiis feb. quarto,nullã cãm sine patientis aptitudine agere aptam natã esse,quo maxima particula generationis ægritudinũ,est passuri corporis præparatio. Aliter sub cane ægrotarent omnes,&c.

Diuina verùm enim prouidentia sola,castigare põt quos vult,fame, peste,gladio,& morbis aliàs nõ visis,& mederi valet,dum vult,vel sua sola potentia immensa,vel potẽtia sanctis eis cõmunicata,ideo iugiter in omni morbo & aduersitate Deus oĩpotẽs est exorandus. Nihilominus debet quisq; seipsum iuuare Medico artis auxilio, nec credere ob hoc Deum & Sanctos indignari,vel suum differre,aut negare prę sidium. Ideo tentandi nec sunt cõceptu malo,regimen cõtẽnentes rectum,morbos augendo,vel aquæ potu in ieiunio, veneno, aliisve superfluis prauissimis modis,& enecantibus, Dei itaq; flagellum pestilentia dr̃,& epilepsia sacer morbus. Quibus præponuntur ex Sanctis Diuus Ioãnes,Sanctus Cornelius,Venetiis Sanctus Anastasius. Nostrę dominæ locale carbunculis, Petrus Apostolus febri, Diuus Seuerius lacti,Diuus Hermes manię,Mercurius viarum atq; itinerum dux,Diuus Blasius ægritudini gulæ,Sanctus Honorius & Diuus Paulus Apostolus serpentum morsibus,Sãct. Antonius estiomeno,Diuus Quintinus hydropi,S.Doninus rabidi canis morsibus. Luis pesticularũ morbi,ex Hip.de natura humana Gal.cõmen.primo primi vulg. morborũ partim à victu,partim a spiritu,cuius attractione viuimus,proueniãt,& vtriq; distinguendi sunt,nã vbi multi eodẽ morbo hoĩes corripiuntur eadẽ tẽpestate,causam illi attribuere debemus maxime cõmunẽ,& qua præcipue oẽs vtimur,id autẽ est quẽ respirando attrahimus,tunc.n. victum cuiusque nostrum,nequaquam in cã esse manifesto constat,cum morbus iuxta attingit tã iuuenes,quã senes, tã fœminas,quàm mares. Perinde vinum,ac aquã bibentes,tã qui offam, quã qui panẽ comedunt.tã qui parum,quã qui multum laborãt, ergo nõ fuerit victus ratio in causa,cum hoĩes quoquo victu vtentes in eundẽ incidãt morbum. At vbi diuersis eodẽ tẽpore morbis hoĩes afficiunt̃, suus cuiq; victus sine cõtrouersia cã est. His verbis cœlum cõstituit,nõ victum esse vulgarium oĩum causam morborum,potest tñ interdũ efficere morbum vniuersalẽ haustus aquæ infectæ,memoriæ proditum in castris accidisse. Itidẽ fit ob loci naturã,vbi cuncti eodem loco castramentati cõmorabantur, interim cum ex barathris choronij,quos vocatur venti, spirant frequentes aerem contaminant,ac morbos gignunt. Quod etiam gallis accidit anno 1494. sub Neapoli. Et quoniã a causa fiunt cõissima,hoc est,ab aere,aqua,& locis,vniuersales vocã

tur morbi tempore quouis publici & vulgares,morborũ genere , qui pessimi sunt pestilentes & pestes exitiales.

Procatarctica vero causa morbi dicitur,& præcedens,primitiuaque licet secundo de morbo non curet medicus de ea, cum sit præterita, nisi in quantum ducit in posteriorum notitiam . Nã si clara notitia esset præsentium,nunquã curaremus præterita,extra corpus,Deo summo,sanctis,ac cælo prætermisso,catholicæ & sanctiss. Romanæ fidei cũcta remittens,incorporeæ,animi ira,&c.exteriora aer, caliditas & frigiditas,vt habemus in de const.Ar.totam permutant sustantiã eorũ,quæ eis approximantur,vt ad aliam speciem transire faciant.aquæ thermarum calidæ febres gignunt,Ras.tertio proprie in corporibus calidis.cibaria,&c.tertio quarti meth.curam nec indicantes.

Antecedentes p̃sentes,ex Auic.corporeæ,solius. s.corporis præcipue,nõ actu,velut procatarcticæ absque medio noxię,humor,intemperies,cõpositio,simplices,mistæ, obstructiones nono ac vndecimo meth.& de differentijs feb.potissima putredinis causa duplices.

Præparantes.

Efficientes,philosophi sñia,natura priores,duplices medici solius.

Cõseruãs,prouducẽs quadruplex.tẽperies mala totius corporis aut partis,cõpositio,imparilitas,recipiẽtis imbecillitas,patiẽtis mẽbriq; suscipientis,fluit.n.semper quod in corpore redundat in partes imbecillimas,de alimentorum facultatibus primo,& in ipsis affectum excitat.Nã ea pars corporis de cibis boni & mali succi vndecimo, quæ natura imbecillis.est,a ledente quolibet patitur.

Materialis causa est spiritus,humor,aqua,flatus, formalis est modus ledendi,finalis dispositio solitas remouens operationes. Necessariæ toto vitæ tempore res sex nonnaturales supradictæ , instrumentalis est dilatatio,meatuum constrictio .

Coniunctæ itẽ corporeę absque medio semper,velut procatarcticæ quãdoque actu ledentes,& hæ causę operantur trifariam virtute forti,patiente disposito,debili,sensibiliori,propinquo.

Per se,per essentiam,non vicaria,suisque qualitatibus,qua remota effectus delitescit.per accidens,per aliud,vicaria, qua separata remanet effectus,ventosa,a qua eleuantur crassa, subtilia,lenta .

Futuræ & prognosticon de quo infra.

In quam corporis particulam morbus sit referendus, non in corporis habitu , vulgo humores & putrescentes , sed ex Galeno , tuen. san. quarto in venis,lotio coctionis indice,& cruditatis, eiusque sedimine in libro de differentijs feb. tanquam cinere putrescentis vel coctilis humoris.vniuersi q̃dẽ corp̃is febris partis laborãtis principis.

Cordis

De Signis.

Cordis,qua irascimur, calidi sumus, pulsum habemus, febres empialæ, impulsalitates, malæ pulsalitates, infrigidationes, rigores, sincopes, marasmi.

Cerebri seu capitis qua ratiocinamur, scimus,intelligimus fantasia vtimur,Excogitamus,sentimus, de loco ad locũ pmutamur,desipiĕtiæ, mania,melācholia.phrenitis,letarghus,catarri,apoplexia,epilepsia.

Hepatis,qua nutrimur,augemur,cibum appetimus,assumptum elaboramus digestione,& redditione,sanguificatione & appositione,prophisi, discretione, & excretione.a quibus solis,vel alteri cõpatientibus omnes oriantur ex Galeno de dispĕsantibus corpus nostrũ virtutibus,egritudines.vt ex iecore Atrofia,cachesia,cacochymia, dissolutiones, icteri, diaria, vrinæ immoderatæ excretiones,elephantia, cancri,vniuersæ Hydropes.

Signa.

Causarum quatuor sensiti manifesta,artis scientiæque principia posteriorum secundo,& methaphisiçæ primo,cum sit medicus artifex sensibilis,innata est nobis,proh.phys.a notioribus nobis ad notiora naturæ,ac Art.secundo omnibus his sensu iudicatis, Alias sempiternæ pasionis esset irrepere dogma.primum tumor,secundum dolor,tertium operatio,quartum superflua.

Primum substantialiter inherens tactu,ac pulsu cognitum, ab eucrasia, membrorum compositione,coęqualitate veritatis necessarię.

Secundum accidentaliter cohærens,veritatis apparentis, qualitas mutata,cutis extensio,venarum inflatio,corporis color,membrorũ tumor.

Tertium operatio læsa seu Actio duplex,vna singulariter, quod suũ est, perficiens,cibi appetitus per calidum & siccum, digestio per calidũ & humidum,retentio per frig.& sic.expulsio per frig.& hum.composita a duobus componitur, vt desiderium ab appetitiua & sensitiua,ventriculus,n.inanitionem sentit,deportatio duplici virtute, vel amplius,expellit,attrahit,vel sentit,altera appetit,corporum grauitas,sensuum debilitas,virtutum,paucitas desiderij, pigrities, oscitatio veri quoque apparentis.

Quartum casualia ab operationibus cadentia,fallentia raro. Exeuntia superfluitate sve,quę magis sensibus nostris obijciuntur,magisq; sensibilia dicuntur,egestio,lotium principalius,excreatus,sudor, pilus, vngues,& similia.Deuenio modo ad signa

Febris sanè calor in sanis decimoquarto primi suauis,tactu gratus, neque nocumentum,neque puncturam ingerit.in febricitantibus horribilis,& acutus,tactum pungens,ac signorum libro,& cont.decimosexto non separatur a febre velocitas & spisitudo pulsus ac anheli-

tus

tus, calor mordax, vrina coloratior, sitis, oris, siccitas operationum læsio. Isaac duo accidentia febrium sunt inseparabilia dolor capitis, quandoque sitis, spiritus angustia, putridarum pulsus proprius frequens est post dilationem. s. requie minoris temporis, quiete præter cõstrictioné, respirationis exitu vaporis plurimi fumosi putridi à corpore, extrahendi, quam frigidum aerem pectoris & arteriarum dilatatione attrahendi innato ab extraneo calore debilitato. Quare necessaria est constrictionis magnitudo & velocitas.

Pestilentis autem febris signum est vt sit exterius quieta, interius conturbans, dispositionum aut præternaturalium quarumlibet ex Gal. de locis Aff. primo loca infirma, passionesque dignosci oportere ex

Quinque, nempe ex

Actione, exeuntibus a corpore, membrorum compositione, dolore, & accidentibus, sexto dolore totius, vel partis, tumore, duritie, & colligantia, Medici itaque ventrem inferiorem precipue animaduertãt, tangant, pertractent, &c.

Idea quoque eorum, quæ excernuntur docet multa, copulatur autem ei corpus, per quod videmus fieri excretionem, in de const. Art. Ex proprijs etenim superfluitatibus Egritudo dignoscit, vẽter, epar, & messenterium ex his, quæ egrediuntur de subtus, vasa ex vrinis. Totũ corpus ex sudoribus. thorax ex tussi, vesica & renes per ea, quę cum vrinis, superior venter & stomacus ex vomitu, aliarum seu partium primario, secundariove affectu &c.

TEMPORA MORBORVM QVATVOR EX Auic. prima quarti, & cant. primo.

Sicut vnumquodque animal natura proprium habet tempus vitę in de const. Art. ita vnaquæquę Egritudo salubritatis, tempus autem

Vniuersale totius febris, abscessus, Vulnerum, vlcerum, reumatis, exeũtium, fecum, lotij, sputi, muci, lippæ, sudoris, ac similium.

Particulare periodi & paroxismi

Principium est pars prima, initium, generatio, inuasio, Non primũ instans indiuisibile, nec prima periodus ex Tessali somnio de crisi primo. Sed hora qua calor præfocatur a materia submersa in membro ac ipsa tumorum indigestio, Reumatis, & prædictorum, qua Clyster fit, minoratur leniente, & materia furiosa eradicatur, sanguis mittitur, digeritur, & cibi plus datur.

Incrementum est ascensio, augmẽtum, cum dispositiones augentur oẽs coctionis in salubri, in lætali corruptionis exordium. In quo cibus minoratur, minuitur, lenitur, concoquitur, medici namque generosi, &

De Temporibus Morbi.

ſi,& Hippocratica Arte digni ex ſecundo de criſi, eſt futurum morbi ſtatum præcognoſcere, ſic vtique ad ipſum conſpiciens, vniuerſam victus rationem inſtituat. In

Statu,conſiſtentia,ſeu vigore hora fortiori diſpoſitiones æquantur oẽs digeſtio perfecta,ſeu corruptio, nihil datur,& habere ſilentium, ex Hip.melius eſt.

Declinatio Depſis gręcè,remiſsio propria,pars quarta & vltima. Qua lætales carent morbi,ſecundum Aſcenſum,vel ſtatum interire præuenientes,magnitudo morbi & ſimptomatum deſinit,& eorum,quæ digeruntur,adeſt multitudo, quando debent, qui ægrotant ſaluari, ideo eradicatur,ne reuertantur morbi,ſunt &

Vlcerũ tpa.initio.ſ.ycores aquoſi ĩdigeſti ſubtiles fluidi. ĩcremẽto pauciores craſsiores.ſtatu pus ſubtile,remiſsiõe paucius craſsius albius.

Confortatiua quocunque conueniunt tempore prudenter exhibita, & applicita.Reſpondeo

Ad Galenum ſexto de temporibus periodorum, totum tempus quietis & afflictionis ſolius paroxiſmi febris cõprehendentẽ ſex modis deſcribentẽ tempora,principiũ infebricitationis tempore quietis infrigidationis ſenſum præbens intermiſsioni copulatum, ſecundum tempus inæqualitatis paulatim infrigidationem deponens, tertium omalicum vniforme,augumenti cum calor ſe erigere incipiat, pungere,& pulſum demerſum erigere,in quo quartum ſtatus vno tãtum conſtituto tpe quintum decrementi,ſextum infebricitationis. Vnde quatuor ſolummodo paroxiſmi morbi vniuerſalis inſtar tpa fient.

Hemitriteus quidque habet tempora, de quatuor temporibus, principium breue quidem eſt.Breuis & anomalia,Quę vero aſceſsionis ſeu additionis non ſimiliter omnibus ſed quibuſdam quidem non diuturna. Quibuſdam autem in tempore ampliori,at verò & tempus & ſtatus eſt in tempore ſenſibili iuſto & lato.

Præapparentia tria.

Species vel natura morbi,circuituum incrementa, vel paroxiſmorum decrementa variantium ſeptifariam

Temporum quatuor differentiæ.

Acceſſus duratio longa, Breuis ex quatuor ſumitur. ſ. ex natura morbi, tempore anni,Paroxiſmorum ſeu exacerbationum quatuor adinuicem digeſtione,& excũtium indigeſtione,æqualis inæqualis, grauis, leuis,ordinata ècontra confuſa cum horrore febris,frigore, vomitu, ſudore,vigilia,ſomno capitis ſeu aliorum dolore,ſyncope. Altero ſeu ſymptomate excretione, lotio, interuallis puri. An aliquid ſemper ex priore reliquerit,& reliquæ differentiæ

Poſt

De Temporibus Morbi.

Post apparentia tria.

Exeuntia mutata, operatio læsa, Qualitas corporis mutata. quibus habētur signa coctionis materiæ & ablationis, Crisis, salutis, inte ritus.

Optimus autem Medicus morborum tempora trifariam distinguit, penes morbi essentiam, prout morbi variatur essentia, velut in febre, extraneus calor. secundo modo penes actionē naturæ in materiā morbi, causæ morbi, & non morbo competens, quod est penes digestionē materiæ, vel eius indigestionem, aut penes cōtrariū digestioni, quæ distinctio propriæ cōpetit morbis materialibus. tertio penes actionē materiæ morbi, vel qualitatis eius in naturam, cuius affectus est ægritudo ipsa, & accidens sequens eam, hac actione distinguuntur accidentia morbum consequentia pro intensione, difficultate, seu remissione, aut accidentium agilitate.

Tempora Dominij & humorum incrementi.

Vere sanguis præualet, dieiq; horis primis mediisq; augetur, Aestate bilis præeminet, Meridieq; increscit, Autūno melancholia insurgit vespere prędominans, phlegma hyeme mediaq; nocte imperat.

SYMPTOMATA VERO, SEV ACCIDENTIA

Non solum demonstrāt, quid in aliquo membro superfluat, sed etiā magnā partem habent ad cognoscendū quod quid est, quorum quātitas est primo quarti de symptomatū causis pro pasionis quantitate, demonstrantq; Morborum magnitudinem, propria præsertim, quæ sumuntur ex colorum differentiis, respirationis malitia, tremore, pulsus mutatione, in decem generibus, ira veloci & tarda, febre, frigore, dolore, ex tristitia, angustia, furore, &c. vt habemus in de const. art. medicæ, & lib. viij. art. medicinalis. ij.

Morborum dignotiones per se suscipiūtur ex locis, excrementis, & symptomatibus, color. n. corporis, humoris dominium ostendit secundo primi, nisi in profunditate corporis recubuerint. Ideo medicus expertus cognoscit epaticum & stomaticum ex colore, nec indiget aliquo alio signo, vt ait Auicenna.

Propria morborum simul quidem cū ipsis & inuadunt & incipiunt primi octauo de Crisi. reliqua verò omnia post apparent, alia tanquam illi morbo propria, alia vt omnibus febribus communia.

Sequentia morbū primo tertij de morbo, & de sympt. causis velut vmbra corpus tripliciter cognoscuntur, nempe ex signis tribus post apparentibus supradictis, valida autem & fortia prosternunt virtutem, & ad se indicant, vel ex primo duodecimi Meth. curationē trahunt, vendicantq; quatuor casibus, contraria præsertim colicę dolor, non contraria

ria peripneumoniç maxillarum rubor,primum si accidens prosternat virtutem,secundum si morbum augeat, vt vigilia & dolor ingens in febribus,tertio cum alterum effecerint morbum,vt vigiliç delirantis causç,quarto si fiat velut febris capitis dolor per esseñtiã morbus.

TERTIO PROGNOSTICON FVTVRORVM.

Hominẽ qui rõnis particeps est,ex Ciceronis officiorũ primo, qua cõsequẽtia,i.futura cernit,in oĩ ęgritudine cõsolari mẽte,& bene se habere ad oblationes,ex xxij.scđi.Aph.bonũ,cõtrariũ verò malũ cõsolari mẽte,ex Nicoli.3.est bene sperare de salute morbi,spes autẽ nihil aliud est,quã animi sanitas cũ melioris expectatione,sicut disperatio, animi morbus est,absq; melioris expectatione, vt ait Cic. tusculanarũ quarto.coctiones iudicij celeritatẽ & salutis securitatẽ oñdunt primi Cris.5.senes iuuenibus plerumq; ęgrotãt minus,Aphor.trigesimo nono secundi,quęcunq; verò ęgritudines eis cronicę fiunt,multoties cõmoriuntur,virtute defecta,teste Gal.in cõmẽ.nec coctionẽ,neq; materiæ morborum creticorum resolutionẽ cõplere sufficiente, exẽplo neotericorum,& Nic.secundo,senes quartana interimente.acutæ etenim senum febres signa sunt pditionis,vnde decimotertio tertij,fortis est ignis,qui in aqua nõ extinguitur,vt senum natura xxx.scđi,fit sicut lucerna ad extinctionẽ parata,se..ium timore, iuuentus spe plena,ex D.Hieronymo mors anteit sen.s,& subsequitur iuuenes, virtutes ẽt(tertio) morbo cõparantur,vitalis seu spiritualis duplex,operatiua cor dilatat & arterias,& constringit,à qua oriuntur ira, indignatio,victoria,dominatio,astutia,solicitudo odiosa,ex qua immediate fit animalis triplex,vna ordinat,componit,& discernit, phantasia in fronte, cogitatio vel ratio in medio cerebro, memoria in occipitio, volontarie mobilis lacertorum, tertia sensibilis visu, auditu, gustu, odoratu,tactu pcipue,ac primo cõsideranda,naturalis autẽ secundario,cui ministratur,mõ gñans,modo nutriẽs,modo pascẽs, ministrãs appetit, retinet, digerit, expellit, pascenti deseruientes, quæ nutrienti deseruit ac generanti, cui aliæ duæ ministrant, vna cibum immutat absque informatione,altera etiam informans,informatiuæ verò operationes quinque sunt,assimilatiua, concaua, perforabilis, aspera,lenis,quę superare indiuiduali examine videris salutem futuram,ẽ contra periculum prænuntia ac interitum.

Sunt autem acutissimi in de morbis Vulg. primo,maximi, grauissimi morbi,ac præ cæteris oĩbus lætales in continua febre, Gal. Cõment. tertio,acutissimos ait,quia pauco tempore decernunt, maximos validissimos,grauissimos,eos,qui cum periculo sunt cõiuncti,quod in-

terpretans ipsemet Hip. Mox præ cæteris oĩbus appellauit illos læta'es,& quoquomodo cõtinuã febrem accipias.vera dixit, Nam morbi acutissimi,maximi & grauissimi,tum in febribus eueniunt quæ vocantur proprie sinochi,tum in aliis iuxta, quæ singulis progrediuntur accessionibus,ac initia efficiunt,incrementa,vigores,& inclinationes manifestas,nec ad integritatem veniunt,tamen de quibus hoc loco fuerit satius interpretari,etenim continuæ,quia nullam habent vsq; ad iudiciũ remissionem molestiarũ,eodem cõmentario, eo verbo,at vero omnium est quartana securissima,sed perpetuo infestant, merito graues & dicuntur & sunt.

Neque terrere debet ea febris,celsi secundo,quę eadẽ die finita est,ac ne ea quidem,quæ quãuis longiore tempore euanuit tñ.& ante alteram accessionem quieuit,febres q̃cũq; quadragesimitertij quarti Aphor. nõ desinentes tertia die sunt fortiores,periculosæ,quæcunq; verò sic defecerint,significat quoniã non periculosæ.& deteriores febres inquit princeps sunt inseparabiles, in quibus putredo est intra venas, prima Accessio,ex Isaac, horis quatuor permanet aut sex, aut octo, & sunt accidentia.parua secundę accidentia primę similia,sed lõgiora quia v. horis. tertia superfluitates turbantur,ac bulliunt,& natura molestatur fortibus accidentibus, in quarta augentur accidentia, & prolongatur paroxismus quindecim vel sexdecim horis,in quinta fiunt minora quartę,sexta leuior & modica,septima adhuc lenior,postea cedit oĩs molestia.Et quibus in septẽ terminantur,his nubem habet quarta dies vrinã rubrã, septuagesimoprimo quartæ Aphor. vel alia secundum rationem.

At verò oĩum febrium quartana est securissima in de vulg.morb.primo, facillima,longissima,hæc.n.non est ipsa quidem tantũ per se talis,sed etiã à magnis aliis vindicat morbis Gal. teste in cõmen. tertio, maxime,vbi sit moderata,licet.n. diebus qui inter accessiones intercedunt prodire, ac nonnunquam solita munera obire,& licet quandoquidem ex liene sæpenumero grauiter vidimus hoĩes feb. laborasse quartana,ac deinde collecta aqua inter cutem esse defunctos, ipsa tñ sua sponte quartana periculo vacat:Quod verò aliis etiã morbis liberet(exemplo patet)Nouimus enim morbos comitiales fuisse à quartana diu infestante discussos.

DE CRISI MODO DICAMVS.

Quoties igitur natura corporis ad crisim faciendã se præparat,insolito languentem perturbat more,&totum grauius fatigat corpus,& cũ ex sanguinis narium fluxu,aut vomitu futura crisis est,capitis dolor antecedit,

recedit, quæ res multos hæc ignorantes perturbat, & desperare facit. Quia laxantur crisi appropinquante, & valde conturbantur, ideo cognoscendū, an febris amat crisim facere per meatū, i. aut nariū fluxu, aut vomitu, aut vētris vrineq; nimio obsequio, & non diu ꝑmanere, aut certe ex sudore, sicut febres molles & sine impetu facere solent.

CVRATIO QVARTO LOCO.

Medico duci exercitus, gubernatori nauis, & Agricolæ simile officiū est vt omnes. s. præcaueant in suo regimine à periculis, Medicus igitur ocius ante morbi vehementiā, viriū imbecillitatem. Prauiq; radicem temperamenti, remedia adhibeat, cum cœperit dolere corpus statim præsidium offer. Ouidius

Principiis obsta sero Medicina paratur
Cum mala per longas conualuere moras.
Incendia enim neglecta solent resumere vires.

Quare venienti occurrendum morbo est, semel etenim pereunti, nulla deinde suffragia prosunt, Plato in Gorgia, & Gal. ad thrasibulū trigesimoquinto dicunt, duæ res cū sint, duas esse artes dico, vna est ait animæ, quā ciuilem, Christianorū sanctissimā Religionem, Appello. Scriptum est. n. in Euangelio, Vade, & noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius contingat. Confiteatur primo languens, quoniā ęgritudinęs multę propter peccatum emergunt. Quæ lachrimis continētiæ sordibus mundatæ à summo curantur medico. Auxiliatorem igitur petamus Deum, Ad quem cuncta respirant, & à quo misericordię oēs prodeunt, qui sit benedictus. Altera autem est ars corporis, quam quo noīe Appellem nō habeo, sed vna, cum sit corporis curatio, duas partes nomino, Gymnasticā vnam sanorum, ægrorum alteram medicatricem, curationis autem huius opus ex duobus cōstituitur. nempè ex naturalium conseruatione, & rerum pręternaturalium ablatione, ambo fienda nōnaturalium sex rerum applicatione, cum medicus nō sit nisi naturæ minister, secundum quod res naturales, & res contra naturam indicant. Patet enim

Simplicem morbum perpetuo vnā tantū expostulare intentionem curatiuam, vt carnis incisio, chordarum, neruorum, sibi partium coitionē in pristinam redigendam continuitatem vendicat tantum.

Compositum autem morbū plures intentiones sibi inuicē alterātes cōtrarias habere, constat, vulnere nanque capiti illiso & osse deperdito, & carne separata, duę surgunt intētiones, vna propter os deperditum, quæ periculosior est, altera ad carnis generationē; duabus itaq;

Curatio victus.

associatis ægritudinibus ab illa inchoandum est, cuius euentus medico magis suspectus erit.

QVARTO, VICTVS VNIVERSVS tractandus est, Qui est

PRIMVM instrumentum Medicæ artis, ex Damasceno, qui ait, si dieta curare poteris prosperā inuenies viam, humanæ etenim dignitas cōditionis, immoderantia sauciata (ex sacris literis) medicinalis parsimoniæ studio re viribus formatur (ex Albuchasi) securiori cibariorū, & reliquorum ingenio sex rerum nōnaturalium, curationis maxima octauo primi est ordinatio dietę, optime debemus laudare virum, in, de experimentis, qui cibo plus, quā qui medicina curat, quoniā corpora sic curata ad temperamentum reducentur melius, In Peracutis tenuior sit in quarto, in Acutis in septimo, in statuq; pugna vehementi inter virtutem & morbum. Igitur

Primò AER absq; extraneis transpirans, prima & vltima causa curatiua est vndecimi primo Meth. cuius dispositio natura, vel arte, vt supradictum est, morbo aduersetur.

Secundo CIBVS ET POTVS considerandus venit, quare

Panis alimentorum primo apud Galenum omnium fundamentum cibariorum est & sanus & laudabilis, vt libro nostro de hominis vita commoda semper protrahenda diximus.

Ptisana hordeacea, ex Acut. primo apud Hip. dieta merito me iudice super omnia de granis facta cibaria in acutis passionibus excellentissima, lenit, humectat, sitim extinguit, temperata, nec inflat bene decocta, nec acescit in vētriculo, nō timet pluuiam, ex gordonio, nec vētū.

Sauic hordeum horis quinque decoctum contusum & colatum cibus est hordeaceus.

Iuscula cum farina hordei, & grano mundo facta meliora, cum lacte seminum mellonis, cum aqua vel iure alterato lactuca, endiuia, buglosso, boragine, acetosa, citri falodiensis frustulis, cucurbita, sandalis, spinachio, beta, cæterisque competentibus.

Panatella.

Carnes pullinæ, volatilium campestrium ac nemoralium, quadrupedum hedi, vituli.

Oua, olera, fructus pruna, granata, cerasia, acria, aurea Poma, pisces, & reliqua libro eodem, & apud Galenum de alimentis.

Omphatium, acetum, mali medici succus, vuæ immaturæ, & granatorū.

POTVS aqua hordei, citri, vel cocta semper, secunda primi apud Auicen. remoto extraneo omni aquis commixto, ac dispositione quaque ob fri-

ob frigus acquisita, inflationis effecta minoris, descensusque velocioris, aqua superiorum sublimata, &c.

Aqua frigida ad facietatem potatur quarta primi, materia calida, digesta, corpore carnoso, calore naturali exuberante, virtute forti, visceribus sanis, temperie innata calida, in contracta consuetudine secundo coll. securius. Et naturam iuuat ad expellendum materiam noxiã ventris solutione, vomitu, vrina, sudore, celsi tertio, calido morbo, siti magna, sed non ante quartum aqua copiosa præstanda, nec prohibeas ex Auic. aquam frigidam. Nam cruditatis additio melior est, quam arefactio. Cauendum autem ab ea est, vbi vel tumor in principe particula fuerit, vt phlegmonis, œdematis, aut scyrri genus, aut vbi fuerit imbecillis a frigido particula, ideo his tuta minus, qui exiguum sanguinem, carnemque obtinent, celeriter namque peruenit ad solidas corporis particulas, nulli, quod eius virtutem frangat, occurrens, quare ethicis prorsus gelida non conuenit, at Herisipelas verum non aliter sanaueris, hora eligibilior, de febre sanguinea, ebullitionis vehementis. angustię maioris inflammationis & frequentię pulsus cordis.

Vinum, de licentia prima, non competit, prohibitum ab hip. epidimiorum sexto, seu a tessalo filio calidis temperamentis per sanitatem, nec modo febricitantibus, Aponensis differentia clxxij. cauendum, præsertim vbi phlegmonis suspicio, quarto meth. morisque mali febribus, capiti quoque noxium, ac superioribus, ex speculo, quia prõptissimum est in vapores resolui, & ad superiora moueri, immo caput replet halitu solo, mentemque & membra Bacchus dissoluit, vnde paralisis, epilepsia, &c. Quo laconicæ mulieres infantes vino colluebant, habitudinis experimentum facientes, dicunt. n. comitiali pueros, aut alios ęgrotationi obnoxios admoto mero debilitari ac resolui, in syncopali affectu nihilominus prima quarti necessarium, & quarto duodecimi meth. ac decimosexto septimi coll. in hac febre nil melius reperitur vino, & est licitũ saracenis, qui suæ præcepto legis non bibunt vinũ, tertianis datur ex Aui. Galeno ad Glauc. octauo, & tertij meth. aquosum visu & virtute, album, sapore aqueum, quadragesimosecũdo tertij Acut. sicut sanis sapor vincens vinum est, ita leuiter febricitãtibus sit aqua infrigidans, humectans, prouocat somnum ac lotium. Digerit & resoluit, laudatur a Galeno tuen. san. quarto ĩ febribus phlegmaticis, quartanis, spleneticis, omnique frigida tabe vtile, & amicum in ephimera ex angustia, tristitia, cogitatione, timore, cor & spiritus præ alijs confortans, ex vigilia, vapores ad caput eleuans somnum inducit, itidem ventriculo confert.

Bibendi tempus, dum edimus, & post quattuor, vel quinque horas, cum

cibus

cibus a ventriculo descenderit.

Cibandi tempus in paroxismis subtrahendus tribus incommodis, primum cibus corrumpitur, angustiam ventriculo gignens & cordi, secundum vires debilitantur, dum irregulatus in nutriti substantiam nec conuertatur, tertium prorogatur morbus cibo sibi amico in morbi materiam conuertibili.

Hora autem est, post paroxismi teporem, & ante paroxismum horis quatuor adminus, in continentibus hora quietiori minorisque afflictionis exhibendus cibus est, quãdoque meth. tertio decim i. & qu arta primi, praua initii, vel status hora coacta.

Secunda mensa conceditur semper tribus causis, prima compressionis vt coriandrum præparatum, ac semi confectum. cydonia, pyra, granata media, dulcia, & similia, ventriculi os claudentia bonæ coctionis gratia, secunda causa lasciuiæ, tertia consuetudinis.

Tertio MOTVS ET QVIES euacuationibus factis digesta materia, frictiones fiant ante cibum crurum, tibiarum, pedum, humerorum, brachiorũ, & manuum, supplent. n. exercitij vices, calorem naturalẽ viuificãt, spiramina apiunt, mãs prauas sensibiliter ac ĩsensibilius resecãt.

Quarto SOMNVS horarum septem non minor, nec nouem maior, naturali die, nocturnus laudabilior, progn. secundo somnus bonus, qui diẽ non impedit, & noctem non effugit, hora vna duabus melius post cibum, alias catarros facit, & obstruit, ex metro

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus.
Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrus
Hęc tibi proueniunt ex somno meridiano.

Prohibetur in paroxismi principio calorem suffocans, tpa eiusdem protrahit, materiam, cuius resolutio quæritur, retinet, digestionẽ tũ iuuans, tum prohibens. situs haud supinus sit, quia linguam exiccat prima quarti, catarros gignit & capitis dolorẽ tertia primi, sit primo super dextrum latus, velocioris cibi descensus causa ad vẽtriculi fundum, dein super sinistrum coctionem adiuuans, reuoluitur postea denuo super dextrum præparatiori ad superfluitatũ expulsionẽ corpe.

Vigilię somni priuatio vigesimo primo secundi coll. est rerum vna vitã perdere faciens, cum ad plurimas sequatur pulsus diminutio, ac exteriorum frigus duodecimo secundi Meth. sinistri medici opera simul cum morbo vitam interimitentis.

Quinto INANITIO ET REPLETIO vituperata decimo secundi Aphor. impura corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes. Gale. 9. primi, ita diætam seruet eger, vt conseruetur virtus, nec nutriatur morbus, est. n. cibus naturæ inimicus, quia amicus inimici

eius,

eius, infirmis non debet virtus augeri quarto primi, sed conseruari. abstinentia, ieiuniũ, & fames euacuationũ modi decimo septimi coll. & tertio quarti, abstinentia totum ęque corpus purgat, subtiles tamē dietę, & vltimæ euacuationes tertio primi sunt fallaces.

Sexto ACCIDENTIA ANIMI. Diffidentia, tristitia, timor, pusillanimitas, &c. Exterminant corpus tertio Art. & mutāt id ab ea, quæ secundum naturam est consistentia, coctionemque prohibent, ira & tristitia Halyab. decimotertio choleram adaugēt rubram, gaudium, spes bona, & confidentia conferunt trigesimotertio secundi, in omni ægritudine cōsolari mente bonũ ex Casiodoro cōciui meo, conforta ri mente est morborum vera cura.

QVINTO ET VLTIMO EVACVATIO.
Quæ generum duum est. At

Vniuersalis præmittenda perpetuo, ni totius abesset repletio, & membro non communicet materia.

Partialis & ipsa specierum duarum PVRGATIO, SANGVINIS MISSIO, cum VICARIIS, SECVNDO ac TERTIO Medici instrumento.

Vnum.n.cōe habemus præceptum art.xcv. tertij efficientem vnamquāque earum cārum abscindere prius, deinde sic venire ad discrasiam factam ex illa ægritudine Auic. tertio quartę tertij, & Gal. si igitur corpus fuerit plectoricum, non oportet per ipsam particulam patientem euacuare, sed totum, deinde trahere ė cōtrario omnino, ad aliàs regiones id quod influit patienti parti, hoc verò facientem oportet repellere à parte prius, deinde diaphoresim facere aggredi. Paratior n.euacuatio, quāto per minora, causa igiť effectrix tertio quartę primi dimouetur recto rerum decem euacuationis, ex Auic. iudicio, repletione, virtute, cōplexione, accidentibus, cōueniētia, figura, ætate, tempore, aere, ac regionis dispositione, consuetudine, & arte, ex Gal. de grauium dieta quadragesimotertio primi, virtus fortis euacuationem præcipit, debilis prohibet, suffocatur enim ac destruitur, sicut modicus ignis à fumo extinguitur.

MINORANDA

Ideo prius materia est maxime peccans in quali & quanto, immò stante multitudine materiæ, non debemus incipere à digestione, sed ab aliqua minoratione eius, ex Nic. Ser. ij. Tr. j. Sum. ij. cap. vj. maxime si materia oppilans fuerit, ne agitata à digestiuo, amplius obstrueret deducta ad locum oppilationis, periculum.n.est octauo Meth. obstru

ctionem auferentibus nobis ante quam euacuemus.f.minorando,obstructionem amplius incunerari,& hoc voluit Hip.secundi vigesimo nono,inchoantibus morbis si quid videtur mouēdū Moue. exponitur autem locus de clysteri,vomitu,lenitiuo,flebotomia,pharmaco. prouocare igitur cōuenit eum,qui ad ventrem. i. stomachum cōfluit humorem sursum,de feb.ad glauc.primo, illum verò qui deorsum,effundere eodem modo per deorsum,ideo Auic. in cura putridarum in genere,in oībus obseruata virtutis dispositione, sexu, fœmina suppressis maxime mensibus plures tolerante euacuationes. Aetate nōdum ad augmenti complementum veniente tertio quartæ primi, & decrepita,quæ transiens & vadens ad consumptionis terminum euacuationes prohibentibus xvij.itaque ix. Meth. pueros & valde senes non phlebotomabis, neq; electiuo pharmaco duces.

CLYSTER.

Ideo purgationis VICARIUS, humore deorsum confluente medicamen nobile,bonum sicut bonus amicus domui,medico familiaris virtutis extollendæ PRIMUS imponendus placens Auic.secūdo,in cura putr.& magis dilecta est (ait) administratio clysteriorum,quoniā hi virtutem minus debilitant,multi præterea solo clysteriorum beneficio sanati sunt,ideo a clysteribus,vt plurimum, semper inchoandum ætati cuique sexui,tempori,virtutique omni pro ut decet;competentibus,hora imponendis quietiore,minorisque afflictionis, aerem vero attrahant recipientes ad se,& notabili hos tempore retineant,voluantque se de latere in latus.supini stent,ac super ventrem cum tela anum & nates constringentes,Expellunt.n.intestinorum superflua,& illa à principibus membris,& superioribus attrahunt, dolores sedant colicos,iliacos,renum,vesicæ,vteri,eorum abscessus, &c. Clyster communis vtilitatis paratur,ex folijs maluæ,blitis, violarum, bulliant in aqua,seu in alio liquore,quo oportuerit,Recipe decocti pdicti ℥.1.5. sacchari rubri, ℥.i.olei communis, ℥.iij.vitelli ouorum nu. 1. salis communis coclearis. Addi potest succi blitis ℥. ij.mellis viol.℥. iij.vel rosei,ol.viol.cassia tracta.electuarium lenitiuum,de sebesten, de dactilis,iera picra,& similia.Infrigidans,cum fol.lact. End. mellonis,cucumeris,cucurb.citrulli,suc.eorum,ac similium, calefaciēs paratur cū camomilla, anetho,melliloto,furfure,stechade,saluia,maiorana,similibusque.Mollificans cum passulis,caricis, sem, lini, Fenugreco,butyro,adipibus,oleis vnctuosis, & mucillaginibus. Carminās fiat cum aniso,fenic.carui,cartamo,cimino,calamento,ruta,& similibus,Lauans & Abstergens cum aqu.hordei, vel furf.e iure, sacch.rub.

mel.

melle rof.& vite.ouo.proprius poft diē pharmaci cū iuris L.1.5.vitel. oui nu.ij.facch.rub.℥ 1.5.ol.rof.℥ ij.5.Attractiuum ex gētili tale eft. ℞. herbarum quinq; communium maluæ, bifmaluæ.viol. blit. mercurialis.agarici electi ʒ.iij.anif.maratri.carui ana.ʒ.j.furfur. pugillū j.addi poffent hiera,benedicta.el.de fuc,.rof.falis gemmæ ʒ. j. In vtero calido ex aq.folatri.plantag. facch.ol.rof.& propriis infra, In vtero frigido ex Rutæ,Sauinæ,Salu.Rorifmar.ana.M.j.cimi.Cinamomi, Gariofillo.ana.ʒ.j.bulliant in vino odorifero,quo decocto, cæterifve propriis infra,velut reliquorum Clyfteres proprij membrorū, & morborum imponentur, Cōfortans vel nutriens, ex Auenzoar de fquinā te,volēte Medico in anum per clyfterem imiffum alere,fit,cū iure. vitel.ouorū,pluribus,cōfumpto,fublimato(vulgo ftillato) vino, ac fimilibus. Cōftringens ex Plantag.Rof.Myrto.fumach.Rizo,Panico, Galla,Balauftio,& fimilibus, Dolores mitigās cum Ol.cōmuni, Amigd. dul. Camomel. Anet.Buty.Adipe Gal.Iure pinguiori,fimifibufq;,cū calidis,vel pro exigentia frigidis,prauas remouens qualitates,vel cū ftupefacientibus pro qualitatum dominio,Acuti raro fiant,à quibus cauendum maxime,quoniam iecur debilitant,febrefq; gignunt.

SVPPOSITORIA, BALANI, COLLYRIA, GLANDES, PESSARIA.

Virium licet imbecilliorum, clyfteriorum vice proportionalia fupponantur, ex melle feu mellacio cum fale, fineque, in pueris ex nucis nucleo,Muris ftercore,fuillo larido,Blitis,Radice caulium,Fenic.Felle ac intincta, Salegem.folo,filo alligato,adduntur fpecies ieræ, ieralogodionis, attrahenria, fucci mercurial. peffaria, menfium prouocatione,croco,myrhaq; addita,ex fola carica,adduntur odorifera, maleq; olentia,pro vteri fuffocatione,afcenfu,defcenfu,latere,vuluæ imponenda,ex propriifq;,ex ftupefacientibus etiā ac opiatis fecurioribus,philonio Romano,perfico fanguinis defluxu, inter reliqua fuppofitoriū prçcipuū & infallibile,in pueris pēna ætati proportionalis ex cerę feu albæ cādela, adultorumq; ano promota fæpius impofita.

DE VOMITV, QVI GRAECE *Anaftropha dicitur*.

Suademur eo vti Gal.prçcepto de feb.ad glauc.primo,prouocare igitur eū,qui ad ventrē.i.ad ftomacū cōfluit humorē furfum.Cū aūt anaftropha fit vētriculi furfum euerfio,cuius fundus eft principiū motus vomitus primū & inchoatiuum,fuperius autē principium cōpletiuum, quorū motus ab expultrice licet virtute factus, naturalis dici poſsit, ab auctoribus tamē dicitur motus prçternaturā feu cōtra naturā,etiā

multo magis ventris fluxui comparatus, Gal. quinto de accidenti teste, motus naturales appellante illos à natura naturaliter se habente factos & libere operātē, nō coactā ab aliqua re noua in corpore multiplicata præter debitū naturę cursum, velut expulsionis superfluitatū primæ & scdæ digestionis motus, vomitus aūt fit à natura coacta, & re lædente præter debitum naturæ cursum, & symptomaticus, sicut Creticus, à natura regulariter operāte factus, seu mistus, spontaneus, seu artificialis. Vomitus ideo licet à virtute naturali factus laboriosus & onerosus naturæ existit & corpori incongruus, ex viatico bonus est tñ corpori, si vero corpori vomitus nō necessarius sit, sanis simpliciter noxius, neq; in eis prouocādus vitā degentibus liberam, ne si natura assuescat prauos depellere ad ventriculū humores sentinam, locumve fœtidum, ad quē totius nauis superflua cōtinue decurrunt, efficeret, vt debilitaretur inde digestiua, cibi corrumperentur, & pessimi in corpore gignerentur humores, vileq; modo est, cum quæ infra natura eiici debeant, contra naturam supra expelluntur, de sympto. causis secundo sexti, si stomachus naturæ proprio cursu meri cibum supra attrahat, eius superflua infra propellens, motus namq; intestinorum naturalis existit, qñ egestio inferius descendit, ad summa aūt propellunt ora aggrauata vehementer, vt latitudinalium ventris infimi musculorum situs sit infra dorsum supra potius, quam infra ad expulsionem magis per inferiora quam per superiora ordinatus, cuius assiduus vsus stomaci virtutē debilitat, & tertiadecima tertij octauo Tr. quinti superfluitatū lacunā efficit. Quapropter cū sola tunica extrinseca fiat, est difficilis, vomitus decimatertia tertij Tr. tertio primi, motus est nō scdm cursum nālē, & non cōpletur eius operatio nisi per tunicā velatiuā exprimentē. indiget ideo xvj. motu laborioso nō nāli, & accidit, vt rara fiat textura villorū stomachi, & extenuet, vnde quarta decimoquarto primi, ventriculo nocet, illum debilitat & resoluit, aptumq; reddit, vt ad hunc ipsum materiæ defluant, pectori obest, visui, propterea quarta primi pcepit princeps oculis apponi paruas ex coto pilas cum vittis, ne oculi vomitus violētia exterius promouerentur. Dentibus item nocet, & antiquis capitis doloribus, epilepsiā auget. Hepati, & pulmoni est noxius, ideo Serap. laboriosum motū hunc ipsum appellauit, & teste Rasi. iiij. corpus exiccat, hepati, pectori, oculis, & pulm. nocet mēbrorum anhelitus quartę primi vndecimo venas findit ac rūpit, ęmopthoicā faciēs & phthisim, demum stomachum & corrumpit, & eius virtutē destruit, medicinæ itaque ad vomitum facientis dispositionē quarta quarto primi cū in stomaco fuerit, in eo morabit, & humores ab intestinis ad seipm attrahet,

trahet,

trahet,& sua virtute superabit ad resistēdū virtuti nāli, vt extra nām pcedēs aliqñ quidē plurima ab inferioribus subtrahat, ideo iliaca mi serere mei lætalis exoritur morbus., & cum suis iuuamentis plerunq; ægritudines afferat, capitis grauedinem duodecimo surditatem quandoque,& nocumenta visus,cataractæ. n. noxius, quia caput vaporibus replet,qui biberit igitur aliquid ventris solutionem aut vomitum faciens corpore limpido, necesse erit vt illi accidat vertigo, aut ventris mordicatio, vel angustia, & quod expelletur egredietur difficulter,ac vndecimo si non euomuerit oculorum fiet ad exteriora egressus, vocis interfectio.& mors ipsa deinde, quare vomitus ac ventris solutio ad eum non attinent,qui bono vtitur regimine,quoniam,qui bene regitur,non indiget,nisi eo,quod fit his leuius, & forsan excusabunt ea exercitium,frictio,& balneum. Seruili autem corpori quandoque vtilis,immo aliquando necessarius, veluti & lapsis, ex Auic.& hip.authoritate vomitu æquali secure præseruata & conseruata salute,manifesto præsidio, consuetis est melior cholericis & phlegmaticis,sanguineis, melancholicis minus, timendus sanguinis sputo paratis,& ventriculi imbecillis,cerebri,oculorum, aurium,& gulæ, obæsis.Quod spectat ad tempus anni commodum vomitui, dicebat Hip.quarti,aphor.purgare quidem æstate superiora, vere,postea Autunno. Hyeme vero inferiora,hora vomitus meridiem prope fieri debet,ita tamen,ne humoris vomendi quantum super excedat, neq; infra multū subsistat,discreta vero pluribus,die incerta, reiicia tur vicibus Auic.amplius, & decimotertio quartæ primi pcepit hip. vomitum ab vnoquoque,mense quolibet duobus continuis fieri diebus,vt in secundo ac leuiori educatur,quod primo fuit difficile excerni,agitatione ex membris ventriculo superueniens a Gale. de vsu partium quinto,comprobatus in de natura humana,continentis quinto multoties exercere debemus per vomitum leuem aut medium spōtaneum,seu artificialem, per fortem autem sola necessitate vrgente, materia prædigesta optime ac præparata gradato processu,cousuetis autem non prohibetur,consuetudo tamen mala est vitanda,ac pro viribus paulatim dimittenda,frequens.n.naturam debilitat,destruit,& ventriculum aptat superfluitatū subsusioni a corpore toto,& a partibus,vt eius assiduitas ventriculi virtutū debilitet,& ipsum superfluitatum lacunam faciat.Prægnantes caueāt,a medio ac forti, ne labor succedat æstuosus præter secundum ac tertium mensem a leui. porro proponitur.

Vomitiuum triplex.

Leue ex Auic.stomacū mundificat,in eo ingreditur sem.raphani,anethi

De Vomitu.

attriplicis.rapæ,canapis,ficlæ,carica,aq.cum aceto tepida, vel ol. & melle,cũ sy.acetosos,cõposito,oximele,rad,& sem.citru.cucurb.mel loni,aq.hord.cum fæce sua & mell. ad hoc reducitur intromissio digi torum in os vsque ad hululam,seu pennæ cum ol.sisamino præsertim inunctæ,expertum delicatissimum aq.nostra nucum recentium cum toto mense maij sublimata ℥.ij.

Mediocre vero vomitiuum,stomacum & venas primas meseraicas .s. & eis propinquas mundificat,extensa ex Auice. eius virtute ad hepar, quæ.n.in eo sunt calida expellunt humiditates phlegmaticas & cholericas quandoque per secessum educunt,sunt hæc, veluti rad.raph. & hermodactili,sem.vrticę,genistę flores,cartam ex mesue,baurach, salgem,indus,agari,cum sy.acet.suc.granatorũ,ex serap. cũ melle & aq.cataputia minor,narcisci bulbus,suc.rad.ebuli,sambuci,medij eorum corticis,epithymum,Kerua.fol.& lauri grana,ex Dioscoride.lapis lazuli,armenus,turbith, polipodium, expertum id autem vomitiuum.Quod

Forte est,& stomachum mundificat,hepar,venas remotas,& membra lõ ginqua,id præstant esula,cataputia maior,centaurea, laureola, draguntea,lac titymallorum,ficulneæ,scamonium,ex mes.staphisagria, ex Dios.elleborus niger,albus,vltimum violentius omnium,fortium primum raph.rad.aq.infunditur.

Simplex & cõpositum omne exhibetur forma sy.el.pilularum, aliisque modis,velut vomitus patriarchę.pillulæ de tapsia,& similia.

Supponuntur Eleb.alb.illinuntur cum penna sub lingua os vstum cũ mel le,vel hydromel.extra inunguntur vnguento arthanite,emplastrantur,epithimantur,seu fomenta fiunt.

SECVNDO medici instrumento
SANGVINIS autem missio fit.

Venæ sectione & cum eius vicarijs,sanguine superante seu humore cum eo,natura seu virtute forti,figura(ex Galeno)ętate,tempore,constitutioneve,his quatuor consentientibus reliquis, præstantior prima primi cruoris abundantis, neque diminuti copiæ nota, in materia quaque a Flæbotomia exordiendum,etiam si alij dominentur humores,quoniam Flebotomia est communis omnium humorum euacuatio,qua nihilominus absq; necessitate facta, humores per corpus currunt,& prima quarti benignum cum maligno permiscent,esto igitur inquit contentus infrigidatione,& dimitte Flebotomiam,& solutionem ventris addit in opilatione & coarctatione,quare additur putre do,in de cura feb.in genere, & caliditas in reliquo, sed nemini dubium est.Quod

Exquisi-

De Sanguinis missione.

Exquisitissima euacuatio omnium humorum fit per Flebotomiā, proxima autē isti est scarificatio circa talos facta, ex Gale. decimotertio meth. plectorico autem existente, vel malis humoribus pleno corpore curatio cum calefacientibus facit humorem fluere ad membrum, non tamen alia possumus vti, cogimur igitur aliquando euacuare sanguinem, vel venam incidentes, vel scarificantes membra nihil patientia. Manu quidem male se habente crura, altero autem crure patiente reliquum, has. n. euacuationes fieri iubet humorum multitudo, sicuti humorum prauorum vitium, q cachochimia vocatur, ex Gale. autē

Flebotomia fit existēte mala complexione calida in toto, choleræ nāq; subtractione infrigidatur hepar, cui autem conuenit vide, dicit enim Auic. quarta primi

Caue ne ægrum ad alteram dictarū rerū perducas, vel ad calidorū ebullitionē, vel frigidorū īcrudationē, cū sanguis sit aliorū humorū frenū.

Flebotomia agitātur humores, & cā sūt. qđ vbi prius humor peccās erat firmus, postea agitaī, & exopilaī illa via. Quæ prius erat obstructa. Qn̄

Non est necessaria, cholerā rubrā ebullire facit, & postea aduenit siccitas, & quæ sibi sunt, necnon febres commouet, & humores subtiliat, & eos per corpus, fluere facit, atque sano sangu ini admiscet, propterea, in de fractura cranei Auic. docet, vt Flebotometur, si indiget, nam multos vidi post Flebotomiam in feb. incensiuas incidisse.

Secanda nanque vena est in obstructionibus, etiam si plenitudinis signa non adsint, præstat. n. vitiosi succi maiori parte emissa ad detergendas obstructiones accedere, vbi robur ægro non desit, non puero, nec seni, sed inter has ętates, vndecimiq; meth. decimoquinto optimū ē venam incidere, non solū in sinochis feb. sed in alijs, quæ ex putredine humorum fiunt. multotiesve, ex Aui. quarta primi Flebotomia in feb. licet necessaria nō sit, efficit, vt natura sup mām fortis fiat, & hoc quidem, cū fuerit figura, ætas, virtus, & reliqua alia vt permittant.

Pueros & senes nō flebotomabis, nisi in figura confisus fueris, soliditate musculorū, & venarū amplitudine, earum repletione, & coloris rubedine, vt scđo scđę quarti, ī cura vniuersali feb. virtute forti, sanguine vincēte, aut cū humore, Flebotomia fit cōueniēs, proprie cū fuerit vrina rubra, crassa, nō citrina, vnde timeretur esse cholericorū ebullitio aut frigidorū incrudatio. Gal. de Flebotomia, hac vtere, si incōtinētes fuerint in Diæta, octauique quarto pro ingenio, necesse est adiuuemus naturam, vt materiam priusquam putrefiat, dissoluat. Flebotomiam autem non audemus tentare, si puer est infirmus, aut senex, si autem mediæ ætatis, & vir fortis, incidimus venas, licet nulla significatio in venis plenitudinem demonstret.

In

De Phlebotomia.

In continua feb.sanguinem auferre,ciborum cruditate concocta,excrementisq; demisis, quoad animo linquatur,maximum plane,vbi valentes vires sunt,est remedium,neq; dierum numero sexto,neq; septimo obseruato.Nā & sequentibus mittendus,ac ætate permittente,altero.u.nec rñdente satis,tutius erit quantum satis visum fuerit, tātū principio detrahere,quod defuit,iteratione supplere, rōne & experientia docuit Gal.ix.Meth.primo,namq; in contrarium statum agitur corpus,celerrime ex animi defectu refrigeratum,nemo.n.inuenire pōt aliquid quod ipsis ægris,aut quod naturæ, quæ animantes gubernat,iucundius,vtiliusve sit, nā in huiusmodi corporibus necessario superuenit,Phlebotomia recte instituta,deiectio nōnunquā ēt bilis vomitio,& statim á toto corpore madores sudoresve misi, quare ioco,ac rixu dixere astantes Gal.iugulasse feb.ea cum sequuta essent flebotomiā ab eo institutā,hoc aūt præsidio dimisso in summū discrimē veniūt,vt vel suffocētur,vel ex syncope periclitentur.ni viriū robur,vel largū sanguinis profluuiū,vel sudor copiosus ex manifesta p̄nicie nos eripiat,pariter acutas ęgrit. iiij.de Acut.dicit Hip.floābis.

Qui habet apostema minuendus est.i. flebotomandus flebotomia euacuatiua,quoniam timetur, ex Auic. ne aperiatur antequam maturetur,licet non indiguerit,& non fuerit ibi multitudo.s.peccatum in quanto,nec in quali.

Si aūt tpe mittēdi sanguinis menses moueri cōtigerit,siue ēr ora venarū sanguinē fundere solita sint reclusa,si fluentis impetus satis fore videbitur,naturę rem oēm permittes,si minus tātum ipse detrahes quo ex cōiunctis ambobus perficiatur,quod postulas.Sed diceret quispiam.

An in sudore cōpetat.Nō solum cōpetit phlebotomia,sed quādoq; vsq; ad syncopē,ex Auic.prima quarti xlvj. secūdi de cura feb. sanguinis, & fortasse sequitur flebotomiā vltimā statim fluxus cholericus,& sudor,quem oportet omni hora abstergere,donec continuetur, & fortasse sanabitur,causa,virtute.s.exonerata sanguine superfluo,mota cōtra humores & illos expellente. De

AQVAE GELIDAE exhibitione nonnihil considerandum.

Flebotomia prętermissa,vel Medicorum ignorantia,laborantis,vel propinquorum timiditate,aqua frigida,vt supradictum est,quantū ęgro libuerit,in potu offerenda,maximum est.n.& secūdum remediū,& eo magis si æger insueuerit,nā si nulla per sanitatem particula quicquā ab hac fuerit læsa,nec etiam inter febricitandum quicquā lędetur.

VOMICA, & per pharmatiam euacuatio,sanguinisq; missio.

Vsq; ad paruā lipothymiam debilem inclusiue,qñque ad syncopem exclusiue,inclusiue quandoq; recuperabilem,facienda tātum in princi-

pio

pio morbi, die prima, aut secunda ad plus, Ne postea natura defatigata syncope irrecuperabili interiret.
Vulneratus nō debet primo vulneris die flebotomari, turbatus.n.& afflictus, non est adhuc turbādus & affligendus sanguinis missione, sed a secūda vsque ad quartum diem facienda est, cum eo tempore magis materia apostemanda fluere apta sit.

Tempus euacuationis, ac sanguinis missionis, seu flebotomię

Sufficit corporibus nostris in ęstate, quod resoluitur in fumum & sudorem, ad glauc. primo, non posset.n. corpus humanum per medicinam eductionem simul, & ex tempore consumptionem tolerare, sed cito transiret in ethicam & phtisim, neque posset cōgruenter tolerare flebotomiam, quia sanguine educto, tunc cholerici humores ęstate multiplicati supercalefierent, acuerentur, & furerent, tradēdæ vero sunt ante quam fiat.

SANGVINIS MISSIONIS obseruationes nouem.

Prima est, vt leniatur primo venter, ne stypticus sit, ac fæcibus repletus clysteri, saltem, quarta primi & primo septimi coll. nec flebotomia fiat, ni post mundum corpus, venę.n. inanitę sugunt, & immundo corpore suggeruntur superflua ad nutriendum inepta. Malaque acquiritur temperies, ac nimia ventris suppressio, dolore fortissimo curam præuaricantes, vt infra, primo sedato, tertio quartę primi. cumque ad diuersum trahere volueris, dolorem illius membri prius sedato.
Secunda multiplicatio numeri melior, quam quanti, vnde Auic. ait in cur. putr. melius est flebotomię vices sint multę, quā quantitas multa.
Tertia Supinus iaceat flebotomandus, situ quo conseruatur virtus, neq; syncopis superuenit.
Quarta Flebotomandus panis bucellam ad placitum voret cū omphatio vel granatorum vino, seu suc. limonum, pomi aurei, seu citri, nam hęc bilem, cuius sanguis est frænum, refrenant.
Quinta Secundatione intenta venæ incisæ ne superponatur oleū & sal, cōsolidationem prohibentia.
Sexta Vena percussa illico digito retineatur sanguis, cum enim potissimum crassus mittitur, bonus egreditur ac spirituosus, natura errante loco credens subuenire percusso, quo retento natura regulabit spiritus, & quæsitum extrahetur.
Septima Flebotomatus, vena clausa potet sy. ros. viol. & similia cum aq. frigida, vnde quiescunt humores, refrenatur bilis, infrigidatur corpus, & remittitur humoris ebullitio, ne via vtens mala Auic. in cur. put. nec purgetur corpus.
Octaua Flebotomatus post horam vnam cibetur. Quoniam sanguinis

nis misſio vires eneruat.

Nona, Nec dormiat, niſi tranſactis horis ſex ad minus, nam vires ſanguinis miſsione corporis ſuperflua extra recedunt. Dormientibus ad intra retrocedunt, & cõtrahuntur, vnde fit membrorum cõfractio, mora autem prefacta humores quieſcunt, diſcurrendum eſt modo circa

SANGVINIS MISSIONIS SPECIES, & differentias, quæ ſeptem ſunt.

Prima, Præſeruatiua fit corpore nondum ægro, ne in morbum labatur, nec reuertatur, paratis rupturæ venæ pectoris, artuum doloribus, ſacro morbo, apoplexiæ, melancholiæ, ſquinãtiæ, ophthalmiæ, abſceſsibus, conſimilibuſve, retento præſertim ſanguine fluere ſolito.

Secunda, Diuerſiua eſt, alio vertens humores, quã ad principes partes.

Tertia, Minoratiua in corporibus repletis, nam quamuis exiſtente, nullo lotij ſigno, quarta primi, multoties tñ licet neceſſaria non ſit, efficit, vt natura fortis fiat ſupra reſiduum, pauciorem ve materiam.

Quarta, Euacuatiua fit in quocunque ſanguineo morbo, ei vel commixto, ſinoche, phlegmonibus, &c.

Quinta, Tentatiua, leproſis, cancrenis, melancholię. tẽtãtes, an ſubſit ſanguis in venis aduſtus, niger, corruptus, an non.

Sexta, Infrigidans ſeu Euentans } In feb. aſsiduis, in corpore forti, nullo etiã lotij apparente ruboris, & craſsitiei ſigno, cum ſanguinis miſsio infrigidet ſemper, velut frigidorum humorum euacuatio calefacit. Ad id Auic. vrina ignea citrina non cõpetit euacuatiua. Euentatiua autem parua, duorum vt pote vel trium vnciarum abſque choleræ ebullitionis timore.

Septima, Vaporatiua fit à baſilica ſiniſtra, tertio tertij vndecimi, ad dimouendam repletionem vaporoſam à ſiniſtro cordis ventriculo, modo recenſendæ quoque ſunt

VENAE quę flebotomãtur, & loca à quibus SANGVIS MITTITVR.

Quamquã.n. flebotomia, quocunq; fiat loco, ſanguinem à toto extrahat corpore decimo Secundi Acut. venæ tamen multæ membrorum ſunt propriæ, baſilica inter venas brachij, ex Auic. ſanior directius ac breuiſsima via ſanguinẽ à ſuo fonte euacuat, dextra à iecore, cuius paſſionibus confert, contemperans ſecundo calorem eius obſtructiones auferẽs à venis capillaribus ſanguinis cõculcatione in eis, Directius tertio ſanguinem craſſum nõdum deputatum euacuat à ſuminis parte inferioris. i. vmbilici, & ſanguis, qui eſt in pectore & toto ventre cito per eam tranſit. Siniſtra ſplenis, Media, nigra, vel communis pectoris, cordis, vẽtriculi, pulm. Cephalica capitis & ſuperiorum. Saluatellæ fortius

le fortius exobſtruunt, diuertunt,& minus debilitant, cum non euacuent ſanguinem adeo ſpirituoſum, brachij venæ multo magis euacuant. Manus autem diuertunt, ac exobſtruunt. Saphenæ proprie conferunt ad menſes prouocandos, & hemorroydas, reuellentes a ſuperioribus, a quibus in melancholia, & a ſaluatella ſiniſtra ſanguis mittendus eſt, mittitur veſpere potius, luna combuſta vel ad cõbuſtionẽ tendente, atri ſanguinis venis craſsioribus motu. ſi autem patiẽs flebotomari nõ valeat, ſeu ob ætatem, quia puer vel decrepitus vt ſupra, ſeu delitioſus, ab venarũ ſectione penitus ceſſandũ, ſunt aũt

VICARIAE FLEBOTOMIAE

Vẽtoſa ſeu cucurbita, ſeu cucurbitulę, ex Aui. flebotomię vices ſupplẽtes proprie, vel hirudines ſecurius a profundioribus, & craſsiorẽ extrahẽtes ſanguinẽ cntis etiam infectione quaque proprie, Et ob cãm antecedentem & coniunctam ob capitis paſsiones ſpatulis applicẽtur humeris, & collo. fontanulę pſertim, pro hepate ad nates, loco ſup quẽ ſedet homo ani vtraque parte, vbi terminãtur venæ membra illa nutrientes, ſcarificatæ, in renum morbis, lumborum, & partiũ ſpinę dorſi vſque ad ſpatulas circa caudam, ponũtur ſuper brachiorum venas, manuum, pedum, aliorumve ad placitum locorum.

Scarificantur aures ob coniunctam cauſam, tutius his applicantur hirudines poſterius.

Ventoſa ſecundum occipitium decimotertio meth. fixa nobile eſt reumatis oculorum auxilium, ſunt vtiles &

DIVERSIONES DVPLICES

Cum euacuatione a remotis incepta, ad propinqua tendente.
Sine euacuatione econuerſo, interpollatim fiendæ.

Communes vniuerſales quinque, & ſanguine miſſo Et quatuor.
Prima Clyſteres, frictiones, ventoſationes ſine ſcarificatione.
Tertia ligatura, quarta lotiones crurum, manuum &c.

Particulares generum quatuor.

Clyſteres.

In reumatiſmis timendæ inferiores ſunt diuerſiones, inter quas primæ ſunt caputpurgia ex ſuc. maioranæ leuiori, arthanitæ, cucum. aſinini, eius ol. proprium, nigella aceto infuſa hor. vigintiquatuor ſiccata & trita propria, caſtoreum, elleb. nig. fella. euphorbiũ, & ſimilia, horum ardori ſuccurritur aq. tepida, & viol. ſecundæ ſunt

Maſticatoria, leue maſtix. capparis rad. pyretrum, ſtaphiſag. piper. viſcoſo incorporata, cera. pice. reſina, & ſimilibus, aromatizantur Ga-

Curatio victus.

riosi. Gallia moscata.&c. Tertię sunt

Gargarismata,leue oxim. 5.scilliticũ,decoctũ Rad. capp. hysopi,stech, arabici,Pyret.sinapis,pip.iniecta,& instillata in nares,& aures.

Vltimæ porrò diuersiones sun t

Ferrea vasa ignita,laminæ Ras.nono,Apopletici apponuntur capiti rubificantia, vesicatoria.

Cauteria duorum generum actuale & potentiale.

Fontanulæ locis plurimis natura ostẽsis ac deputatis fiunt igne actuali, Ferro,Argento,Auro ignito tutius, igneq; potentiali, cauteriis diuersis ac variis,molestioribus minus,ac leuioribus.

Laqueatio etiam recensetur inter diuersiones.

Setonium.

Postquam verò de flebotomia dictum est.Relinquitur,vt trãseamus ad

PHARMACVM.

TERTIVM Medici instrumentum triplici exercendum gñe,s.

MINORATIVO, DIGESTIVO, ERADICANTE, & Vicariis, & primum quòd ad minorationem spectat

De euacuatione minoratiua Hip.xxix.ij.inchoantibus morbis si quid videtur mouere moue, in statu verò habere silentium melius est. Euacuatio namque minoratiua securior est,quam eradicatiua,immò eradicatiua non debet fieri (ni materia tantæ quantitatis fuerit) Quod absq; discrimine virtutis posit eradicari,tunc.n.conuenit, etiã nulla præmissa minoratione,materia ente multa,& repletione ente in vltimo.Cui licet opponatur euacuatio vltima, non tamen debet fieri. fallax.n.& suspecta est.Talis etiam euacuatio non confert(ex Hip.)in exercitantibus ad summum tertio primi,ex quo Auic.melius est infra subsistere,quare exquisitissime euacuare.Conuenit tamen repletioni vltimæ eradicatio facta per plures euacuationes minoratiuas, necessario habita discretione in inferendo semper ad virtutem euacuationem minoratiuam.Vnde licet euacuata vna parte materiæ,videlicet libra media natura redditur potentior supra residuum. Non tamen licet arguere, ergo euacuatis duabus vel tribus libris natura adhuc reddetur potentior, quia magis exonerata. Quoniam ad hoc vt virtus reddatur potentior, requiritur, vt cum sufficienti caloris, & spiritus naturalis, & sanguinis quantitate remaneat, cum qua non remaneret facta vna magna minoratione. Ideo minoratio facta paulatim partis post partem melior est, facta in magna quantitate simul. Quoniam magis conseruatur virtus, & sic redditur

potentior

potentior supra residuum. Ex Serapione cura squinantiæ, & ex Alexandro cura Hiposarcæ, ac ex Mesue cura melancholiæ, & ophthalmiæ. Ideo ex Auic. melior est multiplicatio numeri: Quam multiplicatio quantitatis. Quoniam secundum multum & repente euacuare fallax. præterea Gal. ad Glauc. primo. Non debemus euacuationem facere, neque totum simul. Sed partim, & temperate, tollitur. n. suspicio agitationis humorum. In multiplicatione quoque numeri minorationis debemus incipere a debiliori, & minori quantitate, & paulatim augere, quoniam in processu materia semper redditur aptior, & euacuationi obediens, digestione recepta. Minoratiue quoque euacuationes, 4. Meth. saltem per pharmacias non solum sunt materiæ minoratiue, sed etiam eiusdem diuersiue maxima ex Auer. 2. coll. generali abscessum cura.

MINORATIO est humori cuiq; propria, sanguine nec peccante, neque humoribus sanguini permistis, in morbis materialibus à principio vtimur minoratiuis propriis, lenitiuis tamen, dum materia non sit furiosa, qua apparente minoratiuis solutiua minori tamē, addimus semper pharmaca beatificātibus maiori ppetua dosi, vt infra patet.

Lenitiuum euacuans materias communes bilem & phlegma subtile
Cassia fistula in canna vulgo sola ℥. iiij. ß. vel
℞. floris cas. pinguis el. nouirer extractæ ℥. j. ß.
cū sacch. albo pulueriżato fiat bolus, vel potus cū iure pulli, aqs hord. propriis sublimatis, vel pro oportunitate infrascriptis decoctis.

Pro Diuitibus.

℞. Mannæ masticinæ el. ℥. iij. ß. vsque ad iiij. ß.
Dissoluatur cum iure, vel aq. supra. His, vel

DECOCTIS sequentibus, vt est

Cōe ℞. hord. mūdi M. j. prunotū nu. xx. liquiritię rasæ ʒ. ij. passularū enucleatarū ℥. ß. flo. cordialium ana. ʒ. j. aq. vel iur. &c. quantum sufficit.

Aqua seu decoct. fructuū. ℞. prun. nu. xx. granorum sebesten nu. xv. iuiubarū nu. xxv. tamariadorū ʒ j. ß. cass. tractę ℥. ß. hord. m. M. j. aq. &c.

Decoctum pectorale. ℞. pass. sine arillis. liq. ras. ana. ℥. ij. iuiub. nu. xj. sebesten num. ix. hord. mun. M. j. capillorum veneris, flo. viol. bugl. borag. ana. M. ß. caric. nu. vij. aq. &c.

Decoctum bilē purgans & pituitā subtilē, cuius exemplo fiunt humorū oīum reliqua. ℞. prun. damascenorum nu. xj. tamarin, ʒ. j. flo. viol. M. j. sem. cōmunium maiorum frigidorum ʒ. j. ß. hord. m. M. j. aq. &c.

Decoct. phlegmatis. ℞. ysopi sicci, capill. ven. rad. feuic. flo. cord. ana. M. ß. bulliant aq. &c.

Decoct. melancholiam educens. ℞. flo. bugl. borag. pass. ana. M. ß. li-

quir. raſ. ʒ. ij. lupulorum, corticum rad. capparorum, tamariſci. ſcolopendriæ ana. ʒ. j.

Decoct. carminãs. ℞. aniſ. fenic. apij, petroſelini, camom. anethi. ameos ana. ʒ. iij. bulliant iure ſublimatis, &c.

Adduntur ſemper prefatis qñ meatuũ dilatatio quæritur, velut cõpetit calculoſis paſsiõibus, Malua, ſem. lini, fenug. ſebeſtẽ. penidia, ol. amigdal. dul. & ſimilia humorum propria membrorum, ac morborum.

Lenitiua pura ſunt, diaprunis ſimplex non ſolutiuus, manna, ad ſanguinem & bilem, caſſ. diacaſsia, diamanna, el. de ſebeſt. ʒ. ſeu incompletum ad pituitam, lenitiuum, diacatholicon, diaſene ad melancholiam, doſis ℥. j. ʒ.

Catapocia ſeu pillulæ de tribus cũ rabarbaro, aſſa iareth. cõmune, maſticinæ, aloes lotus, feb. abſente, de qua & calore ſuſpicantes, damus apozimata ſuperiora poſt duas horas.

Lenientium purorum obſeruationes. ſunt hæ

Cibus non tardetur plus, ſi leniens ſumptum eſt in potu, horis quatuor ad plus, bolo autem hora vna nec amplius, quoniam compreſsione felicitatur opus, ſomnus nullo pacto competit, neque motus. Quoniam ſomnus euacuationes omnes retinet, forſanq; natura medicinas concoquet debiles, & motus (ex Auic.) earum operationes deſtruet, tertio ſequenti die ſeu veſpere competunt clyſteres inteſtina ex tranſlatis ad illa mundificantes.

Lenitiua ſoluẽtia fiunt addendo aliqd de el. ſcamoneatis propriis, iſtud cholerã nothã euacuat, ℞. flo. caſ. nouiter extractæ ℥. j. el. de ſeb. cõpoſiti ℥. ʒ. vel diaprũ. ſolutiuiʒ. j. vel de ſuc. roſ. bolus fit, ſeu potus cũ ſuperioribus decoct. propriis, aq. vel iure, addẽdo ſy. viol. ℥. ij. iſtud phlegma purgat, ℞. el. lenir. vel diacath. ℥. j. diafiniconis ʒ. iij. fit bolus, vel potus cum decocto. phlegmatis ſupra, addẽdo rhodomellis ℥. ij. melãcholiã educit iſtud. ℞. el. lenit. vel diacath. vel diaſenæ ℥. j. cõfectionis hamech. ʒ. iij. vel el. de pſillio, vel indi ana. ʒ. j. bolus fit, vel potus cũ ſy. de buglo. ℥. j. ʒ. cũ decocto ꝓprio ſupra, addẽdo mirobalanorũ ind. ʒ. ij. fol. ſenæ ʒ. iij. polipodij, epithimi ana. ʒ. j. miſta materia miſceanť ſimplicia. compoſita. electuaria. aq. catapocie, trociſci, & reliqua, velut expediet, propria, propriiſq; effuſoriis. Nam quod pertinet ad

PROPRIAS EVACVATIONES, ET EFFVSORIA.

Oculis adhibenda ſunt purgatoria medicamenta, & auribus, & naribus, catarctica autem lateri, thoraci, ventri ſuperiori, & inteſtinis ſuperioribus, hepati & ſimæ eius, ſpleni, & reliquis, cæterum oculi purgantur per lachrimas, nares per mucos, os per phlegma & ſaliuam, mamillæ

per lac,

per lac,thorax per tussim,ex Gal.de catarcticis,& sputum.
Cum verò euacuare,soluere,seu eradicare nequaq; competat absq;
DIGESTIONE HVMORIS, ob id de ea pariter tractandum est, neq; vero aliud digestio existit,quam humoris, alteriusve præparatio ad expulsionem,& emendationē qualitatis malignæ,quæ aduersatur,& naturæ resistit,ni expellatur,sed ne tibi aliquid deterius contingat,ex Hip.& Gal.vigesimosecundo secundi, digesta medicari & mouere tētes,nō cruda,neq; in principiis,nisi fuerit materia furiosa, multa, venenosa,vel in mēbro in quo natura nequit eam ferre,sed ad aliquod principale repat mēbrū,ob triplex nocumētū,primo qa educitur humor bonus,qui nō debet digeri neq; euacuari,secūdo subtile educitur & nō crassū,quod ineptū reducitur ad euacuandū,digestioniq; rebelle,tertio malignū benigno miscetur,eiusq; malignitas augetur,ideo post minorationē,humoris reliquū cōcoquat,crassa subtilētur,viscosa incidātur,putredini obstetur,atq; obstructę aperiantur viæ.Nā si prauus chymus ad exitū cōpellitur,vitio per digestionē non emendato,aut difficulter euacuabitur,aut offendet membra per quæ transibit.Non enim possibile est solui ægritudinem, in de const.art.antequam in egredientibus & superfluitatibus appareant signa digestionis,sed digestio materiæ non solum fit poculis,sed cibis etiam,& medicinis cibalibus,in de Art.Med.3.14.17.92.cōspicitur autem in vrina,sputo,& reliquis.digestio triplex, occulta debilis,manifesta fortis,& in de Crisi primo,diminuta alia, porrò

OBSERVATIONES septem indigerendo traduntur.

Prima,Radix digestiuorum omnium est,vt adhibeantur

In materia calida.

Semina quatuor communia maiora frigida,mellonis,cucum,cucurb. citrul.seu anguriæ, rad. & fol.

Semina quatuor cōia frigida,lactu.end.scariola.portul. similiter

In materia frigida.

Semina quatuor cōmuuia maiora calida,anethi.fenic.carui.ameos.

Minora Apij,petrosilij,cimin.nastur.

Radices v.simpliciter prolatæ causa, seu materia frigida & humida, fenic.apij,petrol.brusci.asparagi.

Sy.acetosus simplex cuius virtus & excellētia interverificatores,ex mes. magnificata est,vimq; cōem habet in quasuis mās calidas & frigidas, subtiles & crassas ac viscosas,penetrans, ac penetrare faciens duabus intentionibus illustratur. Digerit, subtiliat, & infrigidat cum euacuatione,in de cur.putr.in generali apud Auic.

Secundus Canon,calefaciens,infrigidans,subtilians,incrassans,incidēs,

à leuiori-

De Digestiuis.

à leuioribus semper procedendum ad fortiora.

Tertia, Hora conuenientior hora auroræ, vel tepotis paroxismorum.

Quarta, Post assumptionẽ digestiuorũ somnus requiritur & quies.

Quinta, Cibus horis tribus ad minus differatur post digestiua exhibita.

Sexta, Calida actu fumanť, ni ęgritudo, & tps ęstuosũ obstẽt, quoniã calida facilius digeruntur, agiliusq; ad peccãtis loca mineræ penetrant.

Septima, Dosis digestiuorũ minor ne fit ℥.iiij.ʒ.cõputatis sy.aq.decoct. iure, sublimatis, &c. in adultis, in pueris minor, ętati proportionalis.

DIGESTIVA PROPRIA MATERIAE CVIVSQVE.

Bilis simplicis naturalis puræ rub.claræ substãtialiter calidę in iecore genitæ, citrina, vitellinaq; calidioris, inter simplicia cõueniũt. End.cicoriũ, viol.rosf.lactu.scari.portul.sandali, spodiũ, cãphora, iusquiamus, epatica, capil.ven.acet ũ, hord.aq.frig.ribes, ompha. aurea pom.limoniũ, citriq; acredo, malua, iuiub. sebest.sem. mai. quatuor, min.granata, acetosa, papauer.nenuphar.solatrum, gramen. cucurb. vermicularis, semperuiua, bursa pastoris, & similia, composita iuleb rosf.reliquorũq;.& viol.& sy.end.lim.acetositatis citri.iuiub.nenuph. de papa.de acreste, oxizacara, & similia.digestiua autem

Bilis citrinæ in iecore, venisq; genitæ, aquosi phlegmatis & cholerę naturalis permistione, à qua plures dependẽt morbi, humectãtia ne sint, velut cõuenirent & naturali purę, si aquosum phlegma cholerę permistũ calefieri indigeat & exiccari, sint itaq; frigida & humida. minus simplicia, aq.bugl.&c.cõposita oxizach.sy.end.infusionis rosf. ℞. syr. acet.ʒ.viol.ana.ʒ.vij.aq.end.℥.ij.gram.℥.j.Et hunc iuxta modum cõponantur reliqui.& pro mai.min.ve pituitæ portione, mole, ac virtute diuersificentur. Digestiua bilis

Vitellinæ ex bilis naturalis pituitęq; mistura crassę (ex Auic.) incidãt aperiãt plus, minusq; ꝓ mai.min. ve crassitie extenuent à leuioribus inchoãtes, à Rhodomel.primo.sy.aut bisãtino, postea de duabus rad. absin.oxym.adhibẽdo aq.absĩ.fenic.api.capil.vẽ.&c. Digestiua bilis

Adustæ naturalis cõueniũt frig.& hum.plus, minusve pro mai. vel min. adustione, iuleb.sy.viol. de pom. nenuph. bugl. borag.&c. aq. hord. viol.lact.nenuph.bugl.borag.&c.sy.aũt de fumoterrę, de epithim.de polyp. non dantur ad digerendum.sed ad expellendum (ex Arabibus) & ad euacuandum. Digestiua bilis

Praxinæ in vẽtriculo vitellinæ adustione genitæ, colore praxio effecto ex nigro a pictoribus citrino coniuncto, cum vitellina citrin a prius, nigredinem adustione acquisierit, sint potẽtia multum ad infrigidãdum. Quoniam densa plurimum resistit, & debilia frigida effectum

non

non facerent. vnde valet alteratio & extinctio subita, alias interimeret, cum sy. de acetositate. citri. viol. nenuph. lim. suc. malorũ med. vini granatorũ acreste, ozizach. aromatizatis præsertim sand. ros. spod. camph. &c. aq. sol. acet. plantag. gram. Et digestiua bilis

Aeruginosæ, praxinæ ex adustione in vẽtriculo genitę, veneni generis, coctionem neque extinctionem expectantis, quoniam genita, si illico vomitu nõ expelleretur, interimeret, cuius etiam malignitate nec febris causari potest, cumque vereamur multum, ne praxinæ malignitatem natura toleret, quanto magis ęruginosæ. Vomitu autem & ano multoties excreta, visu tactuque liquida ac subtilis feb. faciens praxina existimata, praxina non est, cum crassa esse debeat, praxius etenim ille color fit potius ex citrinæ cum atra bili mistione, indici cum auripigmento instar, talem itaque, ne gignatur & multiplicetur alterant praxinæ antedicta, æruginosa autem non vera, neque praxina, sed bilis melãcholiæ permista, praxii etiam coloris, digeratur cũ cõpositis humoris atrabiliarij atque citrini.

PHLEGMA vero dulce insipidum frig. proprie ac hum. & aquosum, quod est sanguis diminute decoctus, rebus non multum calidis indiget ad digerendum, sed parum ad calidum decliuibus, ad siccum autem plus, vt pote rodomel. oxym. sy. acet. 5. bisant. aq. mel. fenic. camom. cap. ven. lupul. fumiterræ. &c.

Mucilaginosum, vitreũ, & crudũ, frigore magno (senum proprie) & coagulatione genitum calidioribus indiget ac siccioribus, subtiliãtibus, incidẽtibus ac diureticis gradatim a debilioribus ad fortiora, a mel, ros. acet. 5. oxim. sy. de duabus rad. de quinque, oxym, sscylliticum, sy. de steca. de prax. de epith. de eupat aq. sal. camom. betonicę fenic.

Acetosum, ponticum, & acre vitreo frigidum minus, melãcholia infecti calidis tantum non indigent, igitur conuenit oxym, 5. cõpositum, sy. de duabus rad. de steca. aq. melis. fenic. sal.

Salsum, minus omnium pituitę specierum frigidum, ex phlegmatis & choleræ mistione genitum pro mai. vel min. pituitæ vel choleræ, quãto. digestiua requirit plus vel minus vtrique atttinentia, eorumve cõsimiliter varietate, vt pote pituitæ subtilis, vel crassæ, bilis citrinæ, vitellinę, vel adustæ, digestiua

MELANCHOLIAE naturalis nigræ in modum fęcis sanguinis, eiusve perturbationis frig. ac sic. calida requiruntur & hum. nec qualitate excessiua, actiua præsertim, quare competit mel. viol. sy. de pom. bisant. 5. fumuster. aq. cap. ven. bugl. borag. fumit. lupul. endi. scari.

In adustione choleræ calidæ ac sic. magis, ledentis pernitiosæ, pernecantis, frigida cõpetũt & hum. magis, pro mai. ac min. adustione sy. viol. bugl.

bugl.de pom.sabor regis etiam,de fumot.de pap.de lact.aq.end.bugl.borag.fumit.lupul.

Cholericæ,nec calidæ tantum,velut cholerę adustione tēperata fere i n actiuis conueniunt,ad hum.in passiuis tendentia, sy.de bugl. de borag.end.viol.de pom.aq.hord.cap.ven.bugl.borag.end.

Adustione melancoliæ genitæ calorem acquirentis, velut apparet in calcæ & cinere,frigida competunt & hum.dosi mai.plurimoque tempore, quam genitę ex adustione, choleræ,fortiori requisito calore melancoliam, quam choleram,adurente.

Phlegmaticæ frigidæ ac sicce parum, conueniunt calida & temperata inpassiuis, oxym.5.mel rof. sy. de fumot. de pom. mes. aq. fumit. end. Bugl. &c.

Sanguineę parum frigidæ & sic. temperata sola competunt, & multoties sola sanguinis missio,Et esse potest de numero eorum, quæ digestiuis non egeant.

DIGESTIVA MEMBRORVM QVORVMVIS PROPRIA.

Capitis calidi,iuleb.sy.viol.rof. nenuph.de papa,de acetositate. oium, mirtinus, end.mel.viol.aq.rof.end.sol.portul.plātag.salicis. lact.cucurb.& similium,ex granis,fructib.fol. Fl.& rad.

Frigidi sy.de beton.de stec.de absinth.de corticibus cit. mel rof.aq.maiora.sal.beton.celidoniæ.acori.camom.calamenti pulegij origani, similium,grana fruct.fol.fl.& rad.

Cordis calidi sy.de acet.cit.viol.rof.de suc.acet. ex acrest.nenuph.de pom.lim.mirt.aq.viol.rof. cucurb. portul. lact. end. cico. acet. cap. ven.nenuph.solar.

Frigidi sy.de cort.cit.de pom.cōp.rhodom.aq.melis.borag.bugl.acor. maior.rorismar.granorum,&c.supra.

Pulmonis calidi,iuleb.sy.viol.iniub. de granat.dul.de papa, de maluæ. 5.comp.pulmonariæ.nenuph.aq.viol.epat.farfaræ,nenuph.hord.maluæ.alteæ.cap. ven.portul.fabarum.scabiosę.ilicis.fol.fl.& sem. cydonij.spinachiorum,similium,&c.

Frigidi sy.de liquir.ysop.epith.de prax.oxym.5.aq.puleg.capuen.feni. camom. calamen. ysop. lauri.vrtic. ireos.origa. enulæ, similium ex granis. vt supra.

Hepatis calidi sy.end.cicor.5.comp.rof.viol.nenuph.de epat.oxyzach. aq.semin.epat. lupul. solat.plantag.lact.acet.circor.portul.granatę attrip.similium &c.

Frigidi sy.de absinth.bisant.oxym.5.de eupat.calam.aq.fenic.api. absinth.Asparag.bet.cuscutæ.scolop.camom.cap.ven.lauri,prax.rutæ. similium,gra norum,& vt supra.

Ventri-

De Digestiuis Membrorum.

Vẽtriculi calidi iuleb.ſy. roſ. de acreſt. mirt.acet. 5.aceto. citri.de ſuc. acet.oxyzach.aq.roſ.end.epat.cicor.acet.gram.coriandrorũ,portul. plantag. granat. cucurb. ſimilium,&c.

Frigidi ſy.de abſinth.ment. calamẽ.thymo.eupat. cort. citri. rhodom. oxym.5.de beton.aq.abſinth.camom.mentæ,puleg.ſalu.calamen.fe nic. marrubij, nucis cupreſsi.grana.fruct.&c.ſupra.

Inteſtinorum,ſimilia eiuſdem naturæ,& qualitatis cum ventriculo.

Splenis calidi. ſy.viol. de fumot.de cicor. borag. bug.end. capil. ven. nenuph.aq.ſcolop.aſplenon.calam.acori.yſop.roriſmarini.

Frigidi.ſy.de cetrach.thym.prax.agrimonio.calamen.biſant.oxym.5. aq.ſcolop.aſplenon.calamen.acor.yſop.roriſmar.

Renum calidorum,ſy.mirtin.roſ.viol.nenuph.end.aq. ſeminum. ſolat. maluę,maluauiſci.portul.lact.plantag.arnagloſæ. lupul.fumit.aceto ſæ,lentis. cicor.alkekengi.

Frigidorũ,rhodom.oxym.5.ſy.biſãt.de liqui.thym.prax. agrim. fumit. aq.petroſ.api.aſpar.cuſcut.abſinth.betõ.agrim.ſcolo.parietarię.mal uæ. camom. lauri. aniſ.puleg. ſalu. rutæ, ſimiliũ,granorũ.& vt ſupra.

Veſicæ,ſimilia renibus.

Vteri calidi,ſy.roſ. viol. mirt. cicor. end. ſumuſter. aq. plantag. ſolat. portul.acet.lentis.maluæ.

Frigidi.rhodom.oxym.5.ſy.de artemiſia. matricaria. calamen. eupat. thym.cort.cit.abſinth.aq.calamen.mentę camom.cauliũ.prax. ſalu. roriſmar. matric. vrti. pariet. aniſ. alij. api. anet. ſimilium. granorum, &c. ſupra.

Iuncturarum calidarum.ſy.roſ.mirt.end.cicor. fumit.aq.ſolat,gram. fu mit.portul.plantag.gallarum.balauſtiarum.

Frigidarum.oxym.5.rhodom.ſy. de ſtec.calamen.eupat.acoris, aq.maior.ſalu.beton.iuę.camom. lauri. abſinth.Rutę. abrotani. ſimilium granorum.&c. ſupra.

Cutis infectæ.ſy.de epithys.de fumot. lupul.bugl.borag.cap. ven. cicor. ſuc. acet.epithimum. aq. lactis. fumit. lupul. cicor. bugl. acet. borag. Abſoluto digeſtiuo cum minoratiuo, ſupereſt vt tertio loco verſemur circa

ERADICATIONEM, SOLVTIONEM, ſeu euacuationẽ.Quę totã a corpore ducit ſubſtantiã materiã ſupple peccãtẽ,tertio art.par.

Solutiuum euacuans materias cões,bilẽ,phlegma & melãcholiam. ℞.el. lenit.℥.v.Diafin.℥.5.confect.hamech ℥.iij.5.miſce.cum ſacch. fit bo- **lus,vel potus cum iure pulli. aq.proprijs.vel infra decoct.**

Pro diuitibus.

℞.Man.maſt.el.℥.iij.infuſionis & expreſsiõis rhabarb.el.agar.pp an.℥.i.

H diſſol.

dissoluantur cum iure.aq.proprijs,vt supra,ac infra.

DECOCTIS.

Quę variari debent pro varia.ac diuersa putrescentis humoris materia, varioque membrorum respectu, suprascriptis lenientium decoctis addendo, quę agunt cum propria qualitate,& reliquis opportuna,vt pote decoct.superiori bilem purgăti adde sem.quatuor frigida min. cholerae vitellinae rof.adustae vt supra,cholerae praxinae seu eruginosae sandalorum,berberis ana ʒ.i.

Solutiua cholerę citrinae & vitellinę rhabarbarum praecipuū est,vt adustae conuenit confect.hamech.pituitae agaric.diafinic.melăcoliae dia cathol.el.indum.& infra reliqua.aquę ireos.soldanella verius chachilae, sambuci & ebuli succus, pillulae de tribus cum rhabarbaro ,huius trochisci agar.p̄p̄. nfusus, & trochiscatus.

SOLVTIVORVM OBSERVATIONES XI.

Prima,Pharmacandus pharmacari debet diebus medicinaliter decretorijs,dies indicatiui & cretici perpetuo vitentur,iu feb. praesertim,& alijs aegritudinibus periodicis, his etenim infestat natura & laborat, dato.n.pharmaco adderetur labor labori.& forsan cum artis euacuatione ageretur contra partē eductionis naturae,quod natura non tolerat.Dies autem cretici medicinales sunt,primus.octauus,post hunc decimus,sequitur 12.16.18.postea sextus vltimus secundus.Reliqui sunt dies naturę,quibus indicat,aut creticat ipsa natura,in quibus silentium habere oportet.

Secunda,Pharmacandus per diem ante clysterizandus est ad solutionem praeparandam,si lenis natura non fuerit.

Canon Tertius,euacuădus debet esse cibatus adminus horis septem ante pharmacum,ne cibarijs commisceretur pharmacum.

Quarta,euacuandus a membris,vijs ductuum vicinis, vtpote a ventriculo,iecore,& intestinis,debilioribus indiget solutiuis,quam cum euacuandus a remotis membris.

Quinta,Lenitiua maioris dosis sint solutiuis.Quorum malitiă mitigant.

Sexta,Ingenia in assumptione pharmaci primum pharmacum sit actu calidum (tepidū.n. ventriculum relaxat. & abhominabile est.Frigidum non ita cito a calore actuatur naturali)secundum cyathus pharmaci sit lineo panno aceto infuso coopertus,ne medicinę odore ventriculus subuerteretur,nares etiam coto aceto obstruantur infuso,tertium sumpto pharmaco statim masticentur cydonia.pira,poma acetosa,& similia,os illorum colluatur succo.odoret panem assum cū mē ta ex aceto,cepe cum aceto odoratum,Mosis decimoquarto abhomi-

nationem

natione med. proprie tollit, & vomitum prohibet quartum, retentioni pharmaci valde prodest ventosa subtus ventriculū per digitos tres supra vmbilicum applicita, vt pharmacatus accumbens super dextrum decumbat latus, situ quo ventriculi fundum pharmacum petit. Quod autem reliquis præualet est aquæ frigidæ in faciem iniectio sępius guttatim facta, calidumve cum cortice induratum ouum lineo inuolutum panno, gutturi retentum.

Septima, pharmaco sumpto horis duabus quiescat adminus, neque amplius cum somnus euacuationes retineat omnes. & forsan digeretur a natura pharmacum. somno leui breui pharmaco debili nil melius. forti autem longiori, Halyab. quinquagesimosexto primi, somnus medicamenti virtutem amputat. in principio autem non est importunus. ante perfectam operationē, euacuatione incepta, magni erroris est, multarum inquietudinum causa.

Octaua, Neque edat nisi transactis horis quinque adminus. quo spatio rationabile est pharmacum opus perfecisse suum. purgatione autem nondum incepta, aluus clysterizetur prius. postea æger cibetur, si vero aliquantulum expurgauerit, neque rugitum, neque tortionem senserit, edereq; sit dispositus, edat. cibus. n. felicitabit opus, sufficienter autem purgatus ius pulli hord. Humores adæquans absque sale cum saccharo potet.

Nona, Pharmacatus post cibum horis duabus vel circa dormiat. somnus .n. euacuati virtutes rectificat omnes, naturalem, vitalem, animalem.

Decima Die pharmaci siti contingenti exhibeatur potus calorem extinguens, corpus obstruens, & morbum protrahens nequaquam conceditur, in siti autem validę æstiuoque tempore post cibum horas quinque aq. hord. cum iuleb. ros. potetur.

Signis vero neque calidi,neque frigidi veneni apparentibus,præsente virtutis casu. syncopi. & viriū dissolutione, venenato in deterius labente. signum est, quod venenum sumptum est à tota proprietate hominem enecans, quibuslibet venenis deterius. Quare tunc illi dabis Tericā. sal Venetū Mitridatiū. Et cū hiſ.& ante ista, vomitū fortiter prouocabis. Postea vtatur odoriferis, proprijs tractationibus descriptis. & syncopi succurratur cap.proprio. Si autem post ista frequens accidat syncopis, & oculorum pupillæ occultētur,pulsus, & anhelitus attractio, ad vltimum debilitetur. sudore frigido, & extremitatum superueniente frigore proculdubio mors statim sequitur. Theriaca,hæc de terra sigillata, ex Auicen. potu proprie in principio data iuuat ad expellēdum venenum, ℞ Terrę sigillatę baccarum lauri an. ℥.iij.rad.yreos ℥.iiij.s. conficiantur ol.oliuæ quantū est auellana vna. Aliud compositum ex Auicenna, ℞ carpobalsami, ysopi sicci,sem,napi silnestris,piperis alb.nig.long.achori.aniſ. petrosilij. assari.cimini,sem,iusquis,alb.an.aureos iiij. spicę nardi, squinanti an.au.vj.melle confice. Dosis est faba Romana.tella sigillata sola cum uiuo potata ualet. Sal Theriacus præeminet.

Adamantis triti,uel arsenici curam quere ab Auicen. supra,& à Nicolao Florentino Ser. 5°,tr^u,8°.cap.33.pag^a.183.col.p^a in medio.

Adamantis triti pul. seu in frustula concisi simptomata.

Punctio, grauedo. seu dolor uentriculi.ac intestinorum. tussis quandoque disenteria. excoriatio. corrosio. incisio, ac distruptio, valet sanguis hirci præparatus.

Ad hos qui uenenum edissent.comedant ficus siccos,& nuces.

Ad hos,qui ferro uenenato uulnerati essent.

℞ ficuum sicco. } contusa separatim permista, ac superposita uulneri-
Nucum } bus reiterata multoties,& renouata uenenū extrahūt.

Ad illos, qui uenenum habent in corpore,aut uermes ℞ suc.dragōteæ, ℥.s. unge umbilicum, & pulsus.

Ad idem.

Cura Morsus, & animalium punctura venenosorum.

Ad idem. ℞ rad. dragonteæ 9. s. apponatur contusa morsibus bestiarũ. occidunt enim uermes quoscunque.

Commune, & generale præceptum habemus. tam uenenis ore assumptis, quam morsis, plectorico corpore, sanguinem mittere. ac purgare. Flebotomiæ autem hora conuenientior erit, ueneno iam toto corpore asperso.

Nullum medicamentum stypticum. Neque impellẽs ante se uenenum super uulnus est imponendum. Quoniam ad intra uenenum propelleret. Et uulnerum consolidatio prohiberetur. Donec perfectissime curetur languens, & à ueneni turbatione fiat securus. ligature extremorum humores retrahunt, ne à ueneno inficiantur, naturaleue calorem ad exteriora attrahunt. ligatura in uulnerato membro, inter cor, & uulnus prohibet uenenum ascendere ad cor, ac per totum radiare corpus. somnum prohibere est summe necessarium, ut ad exteriora moueatur calor, & uenenum expellat. scarificatio circa uulnera, ac uentosarum appositio iuuat ad extractionem ueneni.

Præpunctos, ac uulneratos à serpente, uel uipera, fugat persona, non tamen ieiuna, aliqua, à uulnere, quantum possit semper exterius expuendo.

Vulnus autem paruum scarificetur, & ampliatur, ut sanguis currat. super uulnus ponatur uentosa. galli, uel gallinæ culus, scindatur gallus, ex Haly, & uulneri, apponatur, uenenum enim extrahit, & dolorem mitigat, uel ponãtur res calefacientes, & cutem mordicantes, uelut Scilla. Allium agreste. uel, ex Haly, ℞ cineris uitis albæ. ciner, alb, ficus, distemperentur cum aceto, & suc, iarri, epithemantes locum, aut ex suc, cæpe cum sale trita. aut ex fimo capræ cum uino. & statim detur Theriaca magna, ex Auicenna, & sal Rauennas de his, quæ bibuntur super morsionem, & diatesseron. uel Mitridatium, uel aliud supra, & infra.

Potu datur primo, sangnis testudinis marinæ, uel castorei exagium, j. cum uino. uel baccarum lauri, uel Aristolochiæ 1ot. ʒ. j. cum suc, porri ʒ. x. & uini tantundem, uel Rad, cicutæ ∋, iiij, cum uino. ex haly piper. Ex alijs uinum uetus. Theriaca fortis tantæ facultatis uelut Theriaca magna, ex magna philosophorũ secta. ℞. Anis. ʒ. x. piper. Aristol. castor. an. ʒ. ij. s. conficiantur carcno, vel vino decocto, dosis Auellana. Allium, cort. & fol. iuniperi cum pipere. Vinum in quo cadit vipera, sem, cit. fructus agni casti, nux cum ficubus, & auellanis. Gentiana & opponax cum Aristol. & cinamomo. stercus caprinum adustum, & emplastratũ, & potatũ

fistici

fistici cum vino. camedris. ameos. serapinum. vino. calamem, decoct. eius bibitum, & emplastratum. decoct. maluæ hortulanæ. enula. abrotanum.cordumeni. Agaricus.& cum aristoloch. aureo j. sem, alteæ, & baucıæ, siluestris. endiuia siluest. mirabilis, & cap. ven. Theriaca Auic.miraculosa ℞. opij.myrrhæ an. ʒ.j. piper, ʒ.j.s. rad.aristol.rot.ʒ.iij.vini ʒ.ij.cõficiãtur melle,& Aq.erucę,dosis.ʒ.j.s. medicamẽ terræ sigil. obolorũ ij. baccarum lauri ʒ.iij. potetur cum ol.auellana j.in ℥. iij.Aq.mellis.

Scorpij morsum curat allium, cum vino potatum.

Ad canis, & hominis morsus á principio, & ad perforationes ex vnguibus vnguentum nigrum confert etiam omnibus vulneribus cũ quibus accidit attritio,aut separatio, vel incisio.

Ad canis morsum, & confert vlceribus factis ex frigore.

℞ ceræ.sepi arietis. picis chalbani an.

Vnguenti, huius media pars, & glutinis albotin tantundem liquefiãt simul in capice,& reconde. erit enim confortatiuum bonum, & optimum vnguentum,ad consolidandum vulnera alterata.& in neruis,& in alijs, attrahit, & mundificat saniem crassam optime cuius ʒ.j.mista cum euphorbij pul.ʒ.ij. bonum erit in punctur is neruorũ,& mundificat saniem crassam,& ex vlcere conglutinatam,vbi non est neruus detectus, in paucis vicibus.

Ad materiam venenosam, seu ad venenum bibitum, vel quomodocunque venenatum.

Post vomitum,vt supra, & post exhibitionem eorum. Quæ veneno cõtrariantur communia, ac propria.

Cibarijs optimis vtere ad reficiendum spiritus deperditos, velut ouis sorbilibus, ac similibus.

Curantur cum rebus veneno oppugnantibus, vt sunt sy, acetositatis cit. de buglos.de pomis sabor compositi Mes.de Mania, & melãcholia. Aq.acetos.melils.buglos.borag.quandoque ros.

Misture cordiales conueniunt ex sacch.borag[to], bugl[to], an.℥. iij.coral. rub. alb. p̃p. an. ʒ.j. margarit. fragm. de gemmis p̃p. pul.an. ʒ.s. M. & inauretur.

Epithemata supra.

Vunguentum cordiale ex suc.bugl.℥.j.specierum cord. temperat ʒ.j.s. ceræ,alb. pa. M.

Sacculus, siccus, ex serico Kermes, cum speciebus cordialibus plenus semper alligatus supra cor.ex coral.rub.alb. simplicibus an.ʒ.ij. ofs.de corde.cerui.ben alb. an.ʒ.s.fragm.de gem.margarit. simplicibus cinamom.el. an.ʒ.j.M.

Sy,supra

Sy, supra quandoque sine Aq. assumpti. Theriaca quãdoque Gal. auella næ quãtitate, vel Mitridatij optimi bis in ebdomada. Sal Theriacu^s.

Puluis ex sem, cit. mundatis, cinamom. El. cum vino odorifero. vel post assumptum pul. potetur vini odoriferi vel iuris parum. citrum conditum. zeduaria sepe ore retenta, vel cinamomum. confectio alkermes vltima.

Euacuatur cum rabarb^o, infuso Aq. cord. pd. stante repletione, Trifera persica euacuat præ ceteris, alijs permista

Euacuantia sint pro peccante humore, præcipua confectio hamech. sena quandoq; in iure præparata, agaricus vltimus perpetuo adhibitus.

DE RECIDIVA REVERSIONE MORBI.

De conualescentia in genere dicunt Medici, conualescentiam non veram esse conualescentiæ veræ oppositam: & est dispositio neutralitatis decidentiæ. In qua quis exiens à febre humorali, vel altero affectu, dispositus est dispositione intrinseca, & corporali, vt in recidiuam incurrat, etiam nullo superueniente in regimine errore, vel causa extrinseca. sequitur enim ad crisim imperfectam, & diminutam, siue ad non completam euacuationem, seu consumptionem materiæ affectum facientis, cuius ipsa est conualescentia, vnde aptũ est corpus in eundem reuolui morbum. 12° 2^i Hip. quæ relinquuntur in morbis potest crisim subuersionem facere consueuerunt. Conualescens autem non vere, in quo futura est morbi reuersio, est corpus neutrum decidentiæ primi significati, & est corpus neutrum tertii significati, quia aptum, aliquando, vt sit sanum, & quandoque ægrum, & potest etiam dici neutrum 2^i significati, quia actualiter est neutrum in primo, & 3° significato. Materia autem, quæ recidiuam facit duplex est, vna aggregata in corpore, via congestionis, qua renouatur noua materia, ex sola mala complexione derelicta post primam ęgritud. remotionem, seu post crisim perfectam. Alia est materia mala derelicta in corpore, post crisim diminutam, cui fit additio antecedentis materiæ malitia sui ipsius materiæ derelictæ, quousque superet virtutem, & faciat morbum. Et ista materia per se recidiuam facit, nisi euacuetur, etiam dato, quod conualescens, debito regatur regimine, aut nisi materia sit tam paruæ quãtitatis, & tam remissæ malitiæ, quod natura eam superet, & resoluat. Nam materiæ, quæ reliquuntur post crisim, possunt esse materię humorales stantes sub forma causæ antecedentis, & possunt esse materiæ, incinerat, & possunt esse materiæ ex eis mistæ,

utpote

De Recidiua.

vtpote, in passo cholericam febrem potuit remansisse cholera nondũ mota ad putredinem, & potuit remansisse cholera incinerata ex paroxismo.

Loca in quibus relinquuntur materiæ possunt esse plura. loca in quibus, prius erat radices primus egrit. & loca ad quę natura pepulit ipsam materiam secũdus autem plurimum reseruatur in venis.

Seu mala temperies.

Humores reseruati ergo post crisim in corpore, dato, quod pro tunc ægritudinem, non faciant, stantes quieti, ad tempus tamen uero lungum consueuerunt moueri, ad quorum modum quandoque adiuuat inordinatum regimen, vel alia causa extrinseca, vnde mouẽtur, vel multiplicantur, vel malignantur, vel in corpore, morantes à natura relinquuntur, & à regimine eius, & putrescunt, & sic in ægritudinem rursus incidere faciunt. Materia enim derelicta post crisim, Ad faciendam Recidiuam semper exigit, vt augeatur in quantitate, & qualitate, & malitia, vel in vtraque, ratio, quia si cum illa quantitate, & malitia derelicta facit neutralitatem, ergo, Ad faciendũ ægritudinem, quæ dicitur reuersio, oportet, vel quod eius augeatur quãtitas, vel qualitas, & malitia, vel vtraq;, & vt plurimum est, quod vtraque augetur. s. quantitas, & qualitas mala.

Signa Recidiuę.

Sitis derelicta, vulgarium morb. 2°, oris siccitas, insuauitas, fastidiũ, cibariorum auersatio.

Prognosticon.

Recidiua est deterior radice. prima 4[1] Auicenna, et secundum plurimum sæua. ideo.

Curatio.

Consilio indiget. nec est inchoanda, donec manifestetur ægritudinis, modus.

CONVALESCENTIVM SENVMVE REGIMEN.

Medicus vltro prompteque, per se prius proferat. Patientem Medici visitatione non egere amplius, sed amicorũ solum, ac coqui. vulgo.

Fuora Medici, & specieri.
Vengan cuoghi, & tauerneri.

Et ne à morbo repetatur, consulat. Recidiuã ex Auicen. sua peiorẽ radice esse.

1° Acrem, ad dilectum locum, clarum, & serenum, ad calidum decliuem & humidum, temperamento, seu vitæ conformem naturalem, seu rectificatum, permutare temperiem, debet multoties commutã

tem magis

tem magis, quam aliud quoduis remedium, ob constellationes quoq; remouentem etiam à mente visuque tot, & tanta mala cubiculo passa suo.

Secundo, Mundum se tenere, intusio debet. Linteolis, scarpetis, Scuffijs, ac similibus singulis permutandis diebus beneque redolentibus.

3°, Cibaria qualitatis boni chymi, coctu facilia, diuretica parũ, & quãtitate, qua fieri valeat bona concoctio sensim ad consueta permutanda, appetitu excitato acetario ex cer. Cico. lactu. borag. ac similibus laudabilibus, iuribus appositis rad. petros. Fænic.

Pocula vinum album vel subrubrum tenue lymphatum, seu pro affectu purum aromaticum clarum, &c.

4°, Exercitium moderatum calorem excitans, & viuificans post cibaria horis, 4. cum tabulis, trocho, ac similibus c v dilectis, mente tranquilla, nullo vehementi modo, nec destruens, neque multarum ludo pecuniarum inordinata adducente accidentia.

Quiesue mensurata.

5°, Somnum nocturnum, eligat, nec horis, 7. minorem, neque 9. maiorẽ in die naturali, non autem diurnum, Ni consuetum, vigiliæque prę cessetint, prohibendum quidem, mollificantẽ, cruditate, innatoque fracto calore febrem afferentem.

Vigilias longas noxias corpus exiccantes vitet.

6°, Repletionem vituperet. quantitas enim ingestorum maior, quam concoqui valeat, Recidiuam facit.

Coitum abneget
Pharmatiam. ac
Sanguinis missionem. } Digestiua imbecillitata.

Ventris beneficio carenti clysteres fieri præcipiat, ac Balanos, passulas absque Arillis mirifice laudet. Oua sorbilia, ius pingue cum bliti, borag. & similibus. Fortioribus autem aluo sicca, appetitu prostrato, Catapotia Aloes loti cum infusſ. Rabarb. Has, seu gloriosas ventriculo conferentes, appetitum excitantes, ventremque leuiter soluentes, ex mirabal, Keb, ind, Rabarb. cinnamom. cardam. gariof. galãg. an. ℥. j. masti. ℥. ij. aloes, hepatici, ℥. iiij. cum Aq. mentę. formando catapotia.

Lotionem pedum faciat cum decocto camomel, ros, vini parum addendo, faciat, & lotionem capitis cum lixiuio ebullitionis follic, sene cinnamom. Ros. stecadis et similium.

Abrasionem vituperet poros ex Auicenna constringentem. Radi, poterunt, seu tondi barbam, aut capillos tempore debito, vno no-

uaculæ transitu. Rasumque fricare locũ pannis actu calidis, per omnem positionis differentiam, ne obstruatur locus, sed spiramina remaneant vndequaque aperta.

Aurium sorditiem }
Narium } Instrumentis mundari condecentibus.
Immundarum partium corporis. }

Axillas }
Pudenda } Petijs lineis vino infusis camomel, decocto ros. saluæ, ac similium.

7° Lætitiam, & gaudium obtineat.

Fastidium mæroris, ac tristitiæ. accidentiumque animi timendorum, coctionem prohibentium, auferri imperet.

Exempla, seu casus.

Vniuersalis morbi tertianæ duplicis. Vbi pro Recto collegiandi ordine videnda sunt quinque

P^m Complexio, seu temperamentum languentis totius, ex Auicen. 1ª. iª. Debes scire indiuiduum omne debere habere complexionem sibi solummodo propriam in qua ei assimilari aliud est impossibile.

2^m Regalium affectorumue locorum. Naturalia septem, & annexa.

3^m Essentia affectuum, horum tempora, & signa Causæ & simptomata.

4^m Prognostica.

5^m Et vltimũ, facta, & fienda. Victus vniuersus, non naturalia sexta dieta. pharmatia, & flebotomia, instrumenta tria, de consti art. humanæ salutis, ac resartionis.

P° Ex Gale. notis regalium membrorum. Cordis quinque nempe respiratione magna, 2ª pulsu veloci, frequenti, pectore amplo, piloso, totius dispõne, calore 3ª animi qualitatib. audacia, ira, curiositate, sedulitate 4ª. corporis actionibus prõptitudine, celeritate. A calidis facile pati, corpus calidũ, ni cõtra operet epar signis tribus vena ampla, superfluis citreis bili, lotio, etc. Hyppocundrijs pilosis, vtrorũq; calida concurrente crasi calidum totum redditur corpus, testium item notis quuator. s. coitu nimio, semiue multo. 3ª marium generatione. Pudendorum pilositate. Capitis etiam dispositione signis sex figura sphaerica, colore rubro, capillis nigris, venis oculorum patentibus, caluitio, 2^m operationibus voluntarijs, ex terris quinque visu, auditu, gustu, odoratu, tactu. 3^m internis motiuis, ad omnem positionis differentiam celeribus. 4^m operationibus principalibus sensu cõmuni, imaginatiua, cogitatiua, memoria. 5^m naturalibu attratrice, retentrice, concoctrice, expultrice fortioribus superfluis diminutis vigilia facili. 6^m frigidis noxijs, à calore pati facile, prædictis 4ª ad calidũ declinantibus totum corpus cõpletius calidũ reddit.

Secundo

Exempla, seu casus tertianæ.

Secundo ventriculo. Reliquisue regalibus. Affectisque particulis, ætate, ex Auicenna, annexis septem, ac perspecto adminus sexu, complexionis cholericæ à prædominio signa decem tactus carnis calidus alleuiationis hora, neque ab extraneis factus mordax, & acutus, macies, nec caro multa absque pinguedine. capilli plures crispi, seu nigri. color faciei, & oculorum rubeus ad citrinum decliuis adustioné significans, pectus amplū, extrema magna, venæ latæ, pulsus magnus fortis, & frequens, velox membrorum passio, cogitationes similes, operationes tales, ac frequentes, vox acuta crassa sermo velox frequens & continuus. Ira motusque festinus, superflua lotiū fex citrina, subdominanter sanguineæ, cum nullus sit humor absque alterius ex prædictis, admixtione.

Prodigus, astutus, fallax, iratus, & aluo

Sicca, hirtus, gracilis, croceus, prælongus, & audax.

Flegmatica vero temperatura. Mas licet calidior, & siccior, fœmina frigidior, & humidior, tactu frigido actu, molli carne pinguedine multa, & adipe, capillo plano subalbido, colore albo, pulsu leni, nec magno, nec frequenti, tarda læsio, consimilis discursus, similes operationes naturales diminute ociose ac tarde, somnus multus, ira tarda, animi passione facile dimouibilis, superflua alba, lotium, &c.

Flegmaticus pinguis, niueus. sed torpet, & idem.

Sæpe spuit, tussitque, grauat cui lumina somnus.

Melancholica intemperies tactu aspero duro, macro, pilo nigro fusco, colore simili, pulsu tardo, læsio cogitatio, operatio tarda, vigilia multa, solicitudo, oris stomachi ardor mendose plurium cupidus autumno læsus, superflua nigra fusca crassa lotium feces, &c.

Inuidus, & tristis, cupidus, tenaxque suorum.

Luteus, inuentor fraudum, timidusque videtur.

Sanguinea temperies tactu calido, nec mordaci. carne solida, capillo rubro multo crispo aliqualiter nigro, colore rubro, oculo graui capite, ac temporibus proprie lingua rubra, pulsu magno, moderata mēbrorum passio, cogitata, & operationes, vox acuta crassa sermo velox prolixus ac somnus, audax promptus, vrina rubra, sanguis sæpe Fluens à naribus, ano, ac gingiuis.

Vena ampla, pulsu magno, iucundus, amatur.

Munificus, facilisque, rubens, carnosus, ex audax.

Tertio ægritudinis essentia perquiratur 7° 1e 4ⁱ. Non est possibile curare febrem, nisi cognoueris eam, cognoscitur autem ex lotio rubro subtili absque coctione, accidentibus sæuis paroxismorum hora, capitis dolore subtilium humorum euaporatione ad caput, die qu ali-

bet febris conflictatio cum rigore insigni, & horrore. eadem neque periodi seruata hora, longioris, ex Auicen. spatij, excitato paroxismorum exordio cholere citrinæ, & vitellinæ vomitu, ac secessu cholerica tertiana duplex periodica. & intermites spuria iudicatur, & notha. cũque augerentur simptomata. nulla, vel minima lotij collectione, hipostasi ferè visa, morbi principium esse censuimus.

Causæ, ex Philosopho i°, i¹, physicorum, credimus enim in vnaquaque rerum ipsam scire, cum sciuerimus causas eius, & 2°, p², de subiectis Med. Auicen. ea autem de quibus formando ratiocinari debet Medicus sunt ægritudinis causæ earum particulares. Procatarctice itaq; fuerunt immoderatum exercitiũ lassitudine 3ᵐ, vel 4ᵉ dierum preunte Hipp. 2ⁱ, 5°, labores spontanei narrant morbos, ira, sub sole mora, Balneum calidum valde corpore plectorico, sanguinis subsequente ebullitione, cum simptomatibus supradictis.

Quarto, Prognosticon, ex Auicen. vomitus ante paroxismum, quicunque humor sit, aut alleuiat paroxismum, aut eradicat ipsum, is in principio euomuit, periodis easdem horas nec seruantibus, febribus, ideo breui terminandis, atque intermittentibus, cum languentis securitate, febrium mineris extra venas putrescentibus sudore terminatis, ægro ad oblationes se bene habente, ex Hipp. salutis signo, Morbo consistente, neque se aliter permutante.

Quinto, & vltimo CVRA tractanda. Vocatus die lune hebdomadæ preteritæ, rigore cum horripilatione preueniente horis duabus continuis, cum vomitu, vnde iudicaui languentem humoribus cholericis repletum, ægrotum reperi, cum febris vehementia sæuisque accidentibus, procatarticis exterrisue intellectis, ab ipso, & ab astantibus causis, die sabbati, nec bene se habuisse, et febrili calore quodã affectũ se se lassum, ac defatigatũ sensisse. 5°, j¹. ex Hipp. labores spõtaneai & narrãt morbos. sero fuit illi dieta versus renuẽ media, panatella cũ lacte emulsionis sem, mellonis, vel hordei iuscula Aqua, leui, seu iure pullę cõfectis buglos. borag. end. acetosa, citriq; frustulis alterato, à carne abstinentes, ac vino, Aquam hordei, vel superiorum sublimatam bibens, pruna sicca, cerasa acria, aurea mala, granataq; edens, sudauit plurimum.

Die Martis quietiori minorisque afflictionis iudicata, cum die Dominica melius se habuisset, non tamen à febre absolutus, & ex Auicen. non moueas in die paroxismi aliquid quantum possibile est tibi, neque cures febrem. Quapropter mane exhiberi iussi minoratiuũ hoc.

℞ Floris cassiæ nouiter extractæ ℥.j.s. cum saccharo, fiat bolus, vel

℞ Floris cassiæ noui, extractæ ℥.j.

Conseruæ

Casus Morbi vniuersals Febris tertianæ.

Conseruę prunorum ℥.v.
Sy. rosati solutiui ℥.j.
Decocti florum & fruct. communis ℈. s. & fiat breuis potus.

Ad mitigandam cholerã, ex Auicen. putredine cholerę tertianam facïente. Quo corpus beneficio recepto, eductis materiebus communibus melius se habuit. Eadem licet die horis duabus post cibum superuenerit paroxismus, sed cum alleuiatione quadam, videns itaque materiam & causam febrem facientem adesse. Ne prorogaretur Morbus, ex Auicen. de cognitione horarum, &c. & scias, quod ęgritudo, quandoque prolongatur materiei multitudine, &c. & quoniã non debemus mouere materiam, ni in lotio digestio comparuerit, & nisi natura vincat & coquat, ideo exhibui digestiuum pręsens.

℞ Sy, acetosi. s. ℥.j.
Oxizacharæ ℥.s.
Aq. end.
Cicorij } an. ℥.j.
Borag.
M.

De sy, acetoso, & vi eius Mesues ait illum valere in materias calidas, & frigidas, subtiles, & crassas, teste Galen. quoniam eius potentia communis est ad omnes materias. oxizachara, ex Nicolo, valet tertianis acutis. Et quoniam dies erat longa, & calida valde, Ad curã accelerandam mane & sero exhibui sy. præscriptũ. & sic processi cũ digestiuis usq; ad 7e, finẽ vẽtrẽ leniẽs quottidie clysteribus cõib.

Die sexta, ob capitis grauedinẽ, tpe minoris afflictionis cucurbitulæ sup spatulas scarificate fuerũt affixe, sanguinis ℥. v.s. extractis, regiminis ordine continuato, Mane hora tertia, ad minus ante horã paroxismi suspectã. vespe aũt post sudorem & febris alleuiationem.

Octaua, Die materia concocta lotio perspecta euacuationem cum Rabarbi, infusione exhibui infrascriptam.

℞ Granorum sebesten nu. viiij
Prunorum nu. v.
Tamarindorum, } an. ℥. s.
Passularum
Mirabalanorum citrinorum,
Falior. sene. an. ℥.j.
Lequiritiæ rasæ, ℥.ij.

Florum buglos.
Borag. } an. ℥.s.
Fum terræ.

Aq. end.
Acetosę, } an. ℈.s.
Cicorij

M. Et fiat decoctum secundum Artẽ. deinde
℞ Rabarb. electi maturi ℈.iij.s.
Spicæ. G. iij.
Infundantur per 8. horas in

Decocti

Febris Tertianæ Dup.

Decocti præfatt. 9. s. facta prius aspersione cum maluatico,
Et expræss. adde
Ell.lenitiui ʒ.xij.s. vel pro diuitibus
Mannæ masticinæ elect. ℥.iij.s. pro alijs
Sy.rosu.solutiui ℥.iij.s.
M. cum decocta pro 9.s. & fiat bre.potio
Cæterũ loco ell. lenitiui posset poni flos casiæ, addi etiam posset El. de sebesten
Rosatum Mesue: Et reliqua solutiua pro peccante minera.
Assumpta medicina cum Manna,facta,quinquies sufficienti excretione melius se habuit,& ea die passus est leuiorem paroxismum.
Die 9a exhibui sy, consuetum pro lauatino ad confortandũ vẽtriculũ.
10o die superueniente paroxismo,non quemadmodum ante euacuatic nem cum sæuis accidentalibus. Quoniam supererant materiæ reliquiæ quædam,cum ex toto non esset educta, consuluimus ex Auicẽ. cape proprio ciceris nigri in fine iuuatiui Aquam, hordei dari cum sy, compositis præsentibus.
℞ ciceris rub. M.j.
Rad. fenic.
Petrosel. an. nu.ij.
Curentur. incidantur. in Aqua, bulliant, seu iure,& fiat decoctum.
℞ decocti pu. ℥.iij.
Sy. Acetosi compositi ℥.j. melior autẽ est sy. noster de cicorio nicoli vel bisantini. (sine rabarbo.cum aceto expertissimus.
M.
Et sic incessim' digerẽtes,& euacuãtes,reiterãdo,ac ĩ 3o,syo,infundtes.
Rabarbi &c.maturi ℈.iij.s.
Spicæ G. iij.
Ad aperiendum obstructiones,& ad euacuandas mineræ reliquias.
Rabarb.n.iecoris anima proprie choleram educit, & opilationes aperit enemãtibus quotidie communibus corpus lenientes. ventriculum quoque confortauimus mixtura hac

℞ sacch. rof.		Coralorum rub.pp.	an. ℈. s.
Buglos.ti	an.℥.j.s	Cornu cerui usti	
Borag.		Trisandalo,	an.ʒ.s
Stomachorum Gal.pp. ʒ. j.s.		Fol. auri puri sub,pul. no xiij.	
Margarita.		Sy. de pomis sabor 9.s.	
Fragmẽti omniũ	pp.an.℈.j.		

M. & inauretur de qua ante cibaria per horam cocleare medium edat.
Perseuerans isto modo salutem redemit.

Linimentis

Exempla, seu casus Vniuersalis Morbi.

Linimentis vnctionibus, & reliquis extrinsecis prętermiss. tactu, Et ex interogatis nullo præsente dolore. neque ventris tumore. neque simptomate alio vllo.

Vniuersalis morbi febris acute malignæ pestilentis, ex neotericis mali moris cum exanthematibus pulicaribus, seu maculis.

Recto consulendi ordine seruato exempli p[i]. supradicti, examinanda.

quinque Sunt

Complexio nempe p[m]. totius languentis, ex Auicen. ia, i[i].&c. supra q.

Secundum, Regalium, affectorum locorum. naturalia septẽ, & annexa.

Tertium, Essentia febris, huius tempora, & signa, causę. & simptomata.

Quartum, Prognostica, seu futura.

Quintũ, & Vltimũ facta, & fienda, victus vniuersus, non naturalia sex dicta. Pharmatia. sanguinis missio seu manuum opus, instrumẽta tria, de const. art. Humanæ salutis.

P° ex Gal. notis regalium membrorum &c. supra. Febrientis temperatura, vel sit cholerica vel phlegmatica, melancholia, seu sanguinea.

Secũdo. ex regalibus reliquis, ex uẽtriculo, etc. Aetate, sexu, significare residuis recomperta. decem, &c. cholerica cum adustione quadam.

Tertio, Essentia egritudinis perquiratur 7°, ie, 4[i]. Non est possibile, &c.

Die Dominica accersitus vocatus languentem repperi conturbatum calidum, & inflammatum, corpore inquieto, cum nausea quadam, febre assidua quieta exterius, interius conturbante malignarum proprium pestilentis maliq́ue moris, ex Auicẽ. acuta valde, praua absq; rigore frigore, & horrore, cum fauci & oculorum rubore ad liuidũ decliui, cum siti uehementi, linguæ ariditate, pulsu frequenti ueloci, ac paruo, lotio crasso, rubro, conturbato & subiugali absque collectione, seu hypostasi insigniq́ue cum capitis dolore, leni ac biliosa fece simptomatibus inualescentibus Principium morbi declarantibus.

Causę. ex philosopho i°. i[i]. physicorum, &c. supra.

Procactartica immensurata exercitatio. Assumptorum errores, lassitas 3[m] vel 4[r] dierum præueniens, ira, sub sole mora Balneũ calidum ualde plectorico corpore. vnde sanguinis ebullitio subsequuta, febris acuta ualde, maligna, pestilens, praua, mali moris.

Antecedentes.

Coniunctæ.

Symptomata supra.

Quarto, Prognosticõ. i[i], 3° Hip. finisq́ue medicinæ laudabilis existibus cũ actor futura in singulis perpẽdit quãuis oẽs minime curare possit.

sunt autem

Casus Febris Malignæ Pestilentis.

sunt autem acutissimi, de Morbis vulgaribus 1°, maximi ac grauissimi morbi, ac præ cæteris omnibus læthales in cōtinua feb. Gale. enim cōmentario tertio, grauissimi ait, qui cum periculo sunt coniuncti, ex Hipp. cæteris læthales, quoquomodo continuam feb. accipias, tum sinochas tum alias, quæ ad integritatem non veniunt, nullamque habent, vsque ad iudicium, molestiarum remissionem, sed perpetuo infestant, meritoque graues & dicuntur, & sunt. vrina etiam sobiugalis humores arguit corruptos malignitate ad caput ascendentes, & ad principalia membra repentes, cum de natura veneni sit illico, ad cor repere. Acutorum saltem morborum 19. 2¹, Hipp. non omnino certe sunt sanitatis pronuntiationes neque mortis. Casus periculosus est, ac timorosus, lotium. n. subiugale corruptos in venis arguit humores praueque affectum sanguinem maligna putredine fuligineque subtili ad caput ascendente ad principesue locos repente illos lædunt, ac destruere tentaret.

Quinto, & vltimo superest CVRA. Victus aūt tractandus est prius vniuersus, Hipp. enim ait humidæ dictæ omnibus febricitantibus cōferunt, & Auic. cura feb. pestilētialiū, ni esu resistatur interficit, & qn̄ cadit appetitus, restaurenẽ ad comestionẽ, cū plurimi eorū, q viriliter agūt super illud, & comedunt violenter, absoluūtur, & viuūt. Et necesse est restaurare eos super cibum. & sint cibi eorum cū acetosis & exiccantibus paruæ quantitatis. Virtutumque resolutione dubia, calore, ingentique inflammatione, ex Auicen. de cibatione febricitantium, additione indiget, ac separatione, cum vero virtus non sufficiat ad digerendum illud, quod multum est semel, ordinatur cibariorum partitio vicibus 4ʳ, die naturali, omnibus singulis 6. horis, quandoque Ouo sorbili laudato plurimum ab Auerroe, sanguinis tantum gignẽte quantum ponderat, iure, vel pullæ dissoluto End. acetosa p̄sertim citri salodiensis frustulis, buglos, boragineq; alterato. Panatella cum sem, mellonis lactis emulsione, iusculis hordeaceis præeminentioribus, hordei seu granis horum 5ᵉ præbullitis, carnium portione quadam post 4ᵐ, diem exhibita. Aureis pomis, prunis, granatis, acribusq; cerasis, & cōditis radicib. cordi alib.

Potus ius pullæ alteratum cum granis hord. vuæ acerbæ, omphatio, vel supra reliquis, d. Aq. cocta, cum vino granat. inleb viol°, sy, acetoso. De suc, acetosæ, de acetositate citri, conditorum superiorum sapore, & consimilibus d. Aq. horaā, quandoque Auer. sententia 1°. col. ventriculi ori noxia cum masticis G. tribus rectificanda, ad sitim autem vehementem extinguendam, & ad coquendam materiā Sy. longus præsens conuenit.

Exemplum Febris cum pesticulis.

℞ sy. acetosi. s.
De accidentale citri. } an. ℥. j. s.
Vini granat. ℥. ij
Aq. melliss. acetosæ. borag. an. ℥. j.
M. Quoniã vero monemur ab Hip.
Medicari in valde acutis 4[i], 10°. si expedit eadem die, differre enim in talibus malum est, & Auicen. 4ª. i. de ventris solutione, non omnes præterea euacuationes necessariæ sunt, immo quandoque sunt necessariæ pp ægrit[i]. magnitudiné. Iõ illico exhibui mane qetis maioris Die lunæ præsens hoc leniens minorariuum in bolum confectum.
℞ Floris cassiæ nouiter extractæ ℥. j. s.
Sem. citri mundi. ℥. s.
M. Et cum facchаro fiant boli. si fit potus.
℞ Floris cass. nouiter extractæ. ℥. j. s.
Sy. de suc, acetosæ ℥. s. vel acetositatis citri.
Aq. end. ℈. s.
M. Et fiat br[ma]. potio. Ait. n. Hipp. 24°, ii.
In peracutis passionibus raro, & in principijs pharmatijs vti oportet cæterum impositi sunt sy. ad inflammationẽ alterandam, & ad cordis confortationem, Aq. end. contra caloris præternaturalis exiccationem. ventris beneficio quadruplici alleuiatus est æger à nausea, ventriculi grauedine, & à feb. communibus euacuatis materijs.
Die Martis in Aurora mane sequenti, pro digestiuo potauit sy[m]. ꝑñtẽ.
℞ sy. de suc, acetosæ, vel de acetositate citri
End.
Geleniabin Saccharini, alias sy. acetosi. s. } an. ℥. s.
Aq. meliss.
Acetosæ } an. ℥. j.
Cicori. }
M.
Sy[i]. acetosi. & Aq. cordiales tradite sunt ad cor, & principalia membra geleniabin ad ventriculum iam læsum confortandum.
Sic ꝓcessi vsq; ad 4[m]. naturę expectãs opus, quotidie lenito vẽtre clisteri cõi ĩposito, ex Aui. 7°. & magis dilectũ est apud me administratio cl[rum]. secũdũ vlti[tem]. qua indiget in virtute, & de clisterib. cõis iuuaméti lenib. ẽ clister factus ex ol. viol. suc, fol. siclę, vitel. oui. & baurac.
4ª, Aũt die merc. natura nulla creticãte via. ęgro cũ magna ꝑseuerãte inqetudine, cũ capitulis dolor, febrisq; vehemẽtia. Iõ in fine 4ª sero.
5ª, Die Iouis cucurbitulis septem ventosis, seu quinque applicitis super spatulas, & dorsum scarificatis, vna in colli fontanella inter

R alchael

Casus Febris Mali moris cum Phlyctenis.

alchael ex Auicen.& alkadan sanguis, ℥.v.vsque ad vij. extracte fuere, incessi, digerẽs materiam, ventrem clisteri leniens, vsque ad 7m. Nocte licèt anteriori inquietus fuerit 13°. 2i. Hip. quibuscunque crisis fit, his nox difficilis est ante, acumen, superueniens vero leuior, vt in pluribus, & cum 29°. eiusdem, in statu habere silẽtium melius fit ideo.

Die 7a. veneris expectaui naturæ opus, mane autem in principio, 7°. ægro cum cordis passione, & feb. fermè syncopali comperto, illico ei exhibui, tam mane, quam vespere, ante cibum hor. duabus ex tribus vnum, bolum hunc.

℞ sacchari rosati }
Buglos. } an.℥.iij
Borag. }
Boli armeni orientalis. ℥.j.
Sem, citri mund. ℥.s.
M. fiant boli. iij. & inaurentur.

Inest enim mirabilis non solum proprietas specifica, & occulta in huiusmodi bolis, sed virtus itidem infrigidandi, & conglutinandi, qua die regimen subtiliaui, ex Hippo. 8°. ii. quando in statu fuerit ægritudo, tunc tenuissima dieta necessarium est, vti.

Exhiberi etiam poterunt diuitibus Mirabalani emblici conditi. Radices buglos. borag. exiccate, & cum sapore condite, pruna, cerasia acria, ellectuaria varia cum prædictorum conseruis, & cum prædictis maiori dosi, cum Margaritis, ac pp. fragmentis cordialibus. terra samia. bolo armeno orli. osse cordis cerui, cornuque vsto. vnicornu. Folijs auri puri pul.nu. vij, ad placitum, bezar, lapide, apud me, Dei gratia, existente, Trazea quoque fit continue perlata, cum bolo, &c. Vsufructuanda, ac necessaria, expræssis, etiam ad libitum inauranda puluis ex præfactis cibarijs imponitur, Martius panis editur. & morselli cum seminibus 4r. maioribus frigidis, cum amigdal. dulc. portione quadam cum superioribus inaurati semper conficiuntur, cum capi, etiam alarum pulpis, phasi, perdicum, ex Auicen. cordialium, & pro opportunitate reliquis.

Extra Sacculi cordiales superius ex temperatis descripti cordis regioni sicci applicantur calidi, humidi nequaquã A linimentis abstinẽdum, & humidis, ne cutis spiramina obstruantur, & impediti vapores pestilentis materiæque malignæ praui moris, ac venenosę fuligines ad cutaneas partes detruderentur.

Natura tamen in 7°. fine secessu materias quasdam cholericas educens iudicauit, ideo coacto crassiori adhibito victu. Exanthemata, vulgo impetigines

impetigines rubre, eodem die nume. neque plures comparuere, vespere ideo ventose, seu cucurbitule sicce, ad aperienda cutis foramina, frictionibus præcedentibus, fuerunt applicite. & nocte succedenti melius ac quietius se habuit æger.

8ª. Die sabbati nu. maculis pluribus apparentibus 2 i°. iª. Hip. vndecũque natura maxime repit inde ducere ꝑ conueniẽtes regiones, iuuans naturam prouidam malignam venenosamque materiã, crisis via ad modum, ad cutim expellentem. Nam ex Auicen. Medicus est adiutor, naturæ, & non impediens eam. ideo corniculis, seu cucurbitulis iteratis denuo scarificatis, sanguinis, ℥. iij. seu iiij. è diuersis dorsi locis, nec perforatis prius, extracte sunt. & sic eadem die quietius se gessit, nocte vero sequenti vigilias perpessus delirio fermè correptus vsque ad noctis medium, Medici iussu, iuris cyatho medio languenti exhibito, in lucẽ vsque quieuit, Digestiuo assũpto.

Die dominico nono, leuius se gerẽs usque ad

Decimum, Lunæ diem nocte eius ante

Vndecimum Diem Martis meridie inchoantem vigilijs pluribus conflictatus alienationem, maximamque nocte tota cum inflammatione inquietudinem incurrit, idcirco.

Hyrudines mane, Medicorum consilio hemorroydibus fuerunt imposite, sanguinis ℥. vij. extractis, ad reuellẽdũ à capite, ex Mes. de phrenitide, & omni phrenitidis speciei cõfert emorrhoydũ prouocatio. Et similiter aurium scarificatio ad coniunctam educendã materiam, vt infra diei 11. 6ª, ait Hip. melãcholicis, & freneticis emorrhoydes innate, vel arte, ex Gal. in commento, prouocate, bonum. In hoc ꝑcipue morbo præsidio securissimo, potissimum experto, clisteri præimposito obstricta aluo. sed bis, ac ter naturali die, ascellante, neque diaria suspecta, non necessario. Cumq; die præsenti careret somno & quiete, vespere exhibui hor. duabus post cęnã sy. ꝑntem.

℞ sy. de nemph. ℥. j.
De papaue. ℥. s.
Aq. lactucæ }
Nenuph. } an. ℥. j. ʒ. s.
Melissæ }
M.

Intentionibus duabus, ad refrigerãdũ. Altera ad somnũ cõciliandum, perseuerãte autem delirio mẽtisque alienatione, in vltimo,

Diei 12. Mercurij ad materiam coniunctam educendam aurium extremis hyrudines fuere affixe sanguine ad ℥. ij, s. misso. incessique superiori modo & via vsque ad,

Exemplum, seu casus Pleuritidis.

Qnintum, & vltimum, facta, & fienda. Victus vniuersus nonnaturalia sex. Dieta. Phamatia. Manuum opus sanguinis seu missio, instrumen to tria, de const. art. humanæ salutis.

Die Lunæ nobilissimam mulierem visitans.

Primo, ex Gal. Notis regaliũ mẽbrorũ hĩtis, &c. supra pleuritici tẽpici. vel sit cholerica. vel phlegmatica. melãcholica, seu sanguinea.

Secundo, ex reliquis vẽtriculo, &c. Annexis, ætate, sexu. cæterisq; si gnis cõpertis decẽ, &c. Mẽsibus pſertim, sciens mulieres ferè oẽs à pdñio phlegmaticas eẽ. Quoniã vt plurimũ Molles albi coloris. Frigide tactu. capillis planis carne existunt, aliquali cũ pinguedine, velut contingit in Venetorũ præsertim vrbe. Pulsu leni, nec magno, nec frequenti, à prædominio erit phlegmatica.

Phlegmaticus pinguis, niueus, sed torpet, & idem.

Sæpe spuit, tussitque, grauat cui lumina somnus.

Verumenim ad rubedinem tendens capillis rubris. totius ocio corporis menstruo eius relatu debitis tpibus cruore immenso, lesione celeri, operatione tali, veloci sermone plurimo exilit sanguine pticeps.

Tertio, Morbi essentia perquisita. Die lunæ præscripta à Mag^co. eius marito vocatus ipsam repperi cum signis quinque pleuritidis, quæ est subtegentium costarum membranorum phlegmon, 8°. 4ⁱ. de pulsuum causis, vel 37°. 6ⁱ. Abscessus est in interioribus costarum pelliculis, ex rasis nonò cum dolore, sub lateris dextri costis pungitiuo, nec valde, seu extensiuo mareria mulra; siccam habentem tussim. Febrem absque rigore assiduam die noctuque nequaquam alleuiatam. cum pulsu, ex Auic. serrino, & anhelitu difficili, à Piron græca pleura latus, ex macro, quam pleuritim attica lingua, & panniculũ significat diafragma, eriam mediastinum. centum septem musculos, ex Gale. de motu musculorũ, forsan plures, cum instrumenta motus voluntarij musculi sint adeo magna multitudo, vt ne numerare eos facile sit, ita cõiungũtur, sosati ibidẽ dicta, ex Auic 10ª. 3ˡ. Birsen. i. pectoris apostema. morb. acutus, iõ calidus. raro frĩdus tũc cronicus.

Species duæ sunt pleuritidis.

Vera, seu pura panniculis interioribusque lacertis. uon vera exteris,

Vnde flatuosus Abscessus ex frigido & humido, cui nõ accidat calor p accidens, vt schirrus, purũ Adubuleth phlegmaticũ pleuritis nõ est.

Paratiora.

Corpora.

Aetates à 35. anno, vsque ad 70.

Hyeme frequẽtius 24. 2ˡ. Hipp. hyeme pleuritides peripneumonie, &c.

Constitutio Borealis frigida, & sic ca hyems. Autũnus Austro, flante.

Differt

Exemplum Birsen.

Differt ab Abscessu.

Hepatis, pulsu vndoso, sputoq; nullo, citrina facie, tumore infra costas, &c. minori anhelitus læsione.

Pulmonis pulsu quoque vndoso, maxillarum rubore. insigni anhelitus constrictione, cerebri, dictus sirsen, alienatione inchoante. oculorũ rubore. lotio subtili. Differt à non uera signis 5. pectoris flatu. Minima uel nulla febre. Doloris permutatione. carminantiũ præsidio. Quibus in principio vera læditur, econtra

Causa.

Procatarctica, seu primitiua indebitum regimen, 6. rerum non naturalium, & annexorum, aeris præsertim, corpora hominum etenim & animalium cæterorum tribus nutrimentis aluntur, ex Hipp. de perflationibus, cibarijs, poculis, & spiramentis, seu pneumatibus, in corpore, venti Phyeue dicuntur, extra corpus aer, cibo enim & potu si quis abstineat duos tresue, & plures dies viuere poterit, sed si quis spiritus in corpora, meatus claudat & intercipiat, paruo diei spatio peribit, tam magno visui spiritus est corpori, Præterea cætera omnia homines agere censant, plena nanque mutationum est vita, tamen hoc solum mortalia omnia semper agunt, spiritum enim modo trahunt, modo emittũt, vnde ex Gale. 23. 3°. cum omnia membra ab aeris frigore possint defendi, hoc nullatenus in instrumentis spiritus potuit fieri. Ideo Hipp. hyeme pleuritides, &c. ex phlegmatica Gale. commento, Reliquorum, seu ex neotericis, humorum plenitudine.

Antecedentes sunt humores 4r, spiritualibus, & naturalibus, cerebro contenti, in spirituales defluentes membrorum robore expellentiũ, recipientium imbecillitate, viarum amplitudine, paulatim, tamen in spiritualibus aggregati, congeniti, vel congesti. concoctrice ac expultrice debili, essentia frigidioribus.

Coniunctæ humores congesti, seu defluxi. Cholera frequentius, seu sanguis cholericus. sanguis postea purus. raro phlegma, melãcholia rarissime: pro qualitate dominantis humoris, sputo cognitæ, languentiũ habitu. Dolore. locisque varijs.

Recipientia.

Pulmo, & costarum pellicule non eque recipiunt pellicule enim quia spisse, ac solide non nisi choleram 33.6l. Hipp. acidum ructantes nõ ualde pleuritici fiũt raro quidem phelgmatici. De aere Aq. & regionibus, humidi ventres naturaliter, nec pleuritici.

Pleuritis.

Terminatur modis quinque Abscessuum ferè quorũuis modo.

Resoluitur

Casus morbi particularis.

Resoluitur dupliciter, insensibiliter, raro per poros cutis, sensibiliter, nec proprie ad pulmonem resudans paulatim, cum tussi expellitur frequentius.

Maturatur materia retenta neque tussi paulatim excreta, exitura, ac sanie in sinu collecta.

Putrefit, & corrumpitur materia. Membrique circundantis pars à calore præternaturali insimul corrupta. Cancrena facta. Aschachilos. ac Hestiomenus demum. lætalis terminatio.

Induratur rarissime subtilium resolutione partium.

Permutatur multifariam. Ad benignum materię retrocessu perducta venarumque repercutientibus in principio applicitis ingressu. Ad superiora quandoque faucium aut post aures abscessu terminatio salubris. Ad cerebrum phrenitide lætali ut plurimũ. Ad neruos paralysi, aut similibus. Ad pulmonem interdum materia multa subita præfocans. paulatina nec materia tanta, sputoque desinente virtutis defectu, instrumento vel læso materię, seu inobediẽtia, spuendi opera duabus completa virtutibus, naturali vna maturatiua, ac expultrice. Altera voluntaria. Peripnemonia fit quandoque lætalis, vt plurimum, ptisis ex hac aliquando, vel immediate ante, & post maturationem. Ad cor syncopisque fit ac festina mors. Ad empima quandoque materia super diafragmate collecta, pleuritide vt pluri mum erupta 40°. die nec mũdificata in pthisim ex Hipp. transit. Ad venam chilis quandoque resudans consequenter ad vesicam lotio mi cta, ad intestina aliquando secessu excreta, ambe permutationes salu bres post digestionem ut plurimum venientes. Ad axillas quandoq; ad pectoris cutim. Ad inguina aliquando. Ad inferiores artus abscessum plerunque efficiens. in fistulã persepe transiens. Qđ attinet ad

LOCA.

Dextri lateris pleuritis salubrior, sinistri minus salubris velocius illa tardius terminata. diafragmatis omnibus periculosior, molestior, mediastini postea. lacertorum inde interiorum. pleurædein, pãniculi demum musculorũque exteriorũ. Nunc aũt spectent.

Tempora, horumque signa.

Salubris hbaet tempora vniuersalia 4ᵃ. Accidentibus distincta. lætalis 3ᵃ. tantum initium Augᵐ. statum. Materię alterationis frequenter 4ᵃ. pauciora quandoque, cuius & accidẽtiũ tempora non coincidunt, sputo etenim non ente, uel subtili, aut pauco, aut saliua nominata tunc princ ipium principij est. Rubro aut sub citrino finis principi; cum accidentia augentur sputo à subrubro ac subcitreo remoueri exoriente in album tendente tunc Augᵐ. est, Albo equali plurimum

rimum

septimum, frequenter 14. aut ante. Breuior ex cholera. Dein ex sanguine. Postea ex flegmate, ex melancholia longior, sinistra parte cordi pprior celerior, & econtra. Mediastini & Diafragmatis quàm lacerto. interiorũ, ac pleuræ. ætas, cõplexio, Regiorũ, tps anni calida abbreuiant. Frigida prorogant. Accidentia quanto sęuiora accelerant, Remissura tardant.

Sputum præ cæteris signũ efficacissimũ. Subrubro, subcitreo, spumoso die prima, Maturatur in quartò, septimoq; terminatur. Sputo autẽ nec primò, nec quartò, die vero quinta, aut circa vndecimo terminatur 14. Die aũt sexta Maturitati attinens terminatur circa 20. Et si non maturatur differtur ad 24. & vltra. si autem non expuerit vsque ad septimum, materia acuta virtute debili morietur ante 14. virtute autẽ forti vltra 40, vel 60. crisis diem nec expectante. Acuta licèt 30. Ni reuertatur, nec pertranseat.

Resolutionis insensibilis, terminatur nulla apparente manifesta euacuatione gradatim tamen procedens per tempora.

Paulatinæ euacuationis cũ sputo, in vere vt plurimũ, pulmone paulatim recipiente spongiositate sua, cum pectus constringitur, materiã ab apostemate decisam transeuntẽ de venis paruis ad magnas, & de magnis ad maiores, donec veniat ad Tracheam arteriã tussi, rascationeque excreandã expellendã, Naturalibus virtutibus concoctrice præsertim ac expultrice concurrentibus.

Ad benignum reducibilis materiæ retrocessu repercutientiũ applicatione. Aut flebotomia. Alia seu causa venas Reingressæ, cognitum quoniam post principiũ non sequitur Aliud Tempus.

Putrefactionis, sputum liuidũ, viride demũ & nigrũ, fætens multũ anhelitu insigniter. Reliquaue signa praua.

Indurationis, febris desinit pulsuq; serrinus. Nulla euacuatio apparet manifesta, nisi diminuta. Dolor desinit pũgitiuus pserti & extẽsiuus. Grauatiuus remanet. Anhelitus, constrictio minuitur, sed non aufertur, diu sic pmanẽs, cronica affecta multum.

Ad cãcrũ terminabilis, febris augetur, aut saltẽ nõ minuitur. Dolor fulmineus qdã grauatiuus. Vlcerati virus nimiũ fetens sputo emittitur.

Permutabilis ad caput, lotiũ tenue albũ, mẽtis deliriũ, vẽter vt plurimũ cõstrictus. Ad pulmonẽ pipneumoniã efficit eiusq; simptomata lateris dolor desinit, anhelitus cõstrictio augetur, febris, suffocationi repẽtinę materia multa pulmonis meatus obstruit. Vltimata anhelitus constrictio fit. Pulsus subita vehemens diuersitas. Facies rubra cum nigredine, sudor plurimus, oregmonẽ in respiratione multus, Rupta Peripneumonia pthisis vlcusque pulmonis fit materia

S vel paulatim

Exemplum Pleuritidis Eirsen..

vel paulatim per pulmonem transeant vlceratum suffocatio festina. Ad cor, pulsus & cordis tremor. Pulsus diuersitatē vehemēs, nec tātū cū vltimata anhelitus cōstrictione, syncopis tandē morsq; repētina. Ad neruos illorum affectus, stupor, tremor, spasmus, paralysis, dolore alleuiato absque manifesta euacuatione, spasmi autem inchoantis signum constrictio anhelitus vehemens, nec febris fit fortior. Ad fauces. Axillas. Inguina. iuncturas, Aliaque cætera membra. tumor. illorūq; dolor, lenito pleuritidis dolore. Reliq. fue eius sedatis simpto.

Maturationis, sputum nec velox, nec facile, nec copiosum, nec 14^{m}. diebus mundificatum. Dolor vehemens febris, linguæ siccitas, delirium, Anhelitus difficilis cōstrictus duplex, tussis absque sputo materiæ inhobedientia, velaminis spissitudine. virtute, imbecilli, collectione facta febris quiescit, dolor, & grauitas augetur, virtute, aūt constante nil timendum. Debili autem ac materia multa interitus subitus suffocatione, & caloris innati resolutione. Materia autem nec tanta imprimis fit debilitas manifesta forsan cum lipothomia syncopis quædam, tremor corrumpentis materiæ morsu. Pulsus debilis tardus latus rarus virtutis, naturalisue caloris desitione. Materia quieta delirium sequitur, & diafragmatis grauitas. Maligna postea materia. Tussis, Febris, inquietudo, virtutis ac appetitus defectus. Cum rumpitur tremor, fit varius, dilatatur, pulsus cadit debilitatur anhelitus, febris multoties vehemens fit materia membra ad quæ transit mordēte, Ruptura die septima, vel ante raro facta, prolata verumenim, vt plurimum ad 20. 40. aut 60. niq; mundificetur in 40. diebus in . pthisim transit. sedari autem visa sine sputo, tunc lotio crasso minuitur, aut fece ventris fluxu materiæ cholericæ subtilis. aut alia manifesta euacuatione. In mirach hyppocundriorum tensio, & cutis grauitas. Ad inguina extensa, & crura eorum exitura Euasio fiet & incolumitas.

Accidentia pleuritidim consequentia.

Febris, Anhelitus constrictio. Dolor, vigiliarum instantia, subeth, quādoque somnia terribilia, & molesta, phrenitis vera, aut paraphrenitis ex vaporib. aut humoribus ad caput, delatis, Neruorum dolor, cōtractiones spasmose ad neruos repentibus, syncopis, cordis tremor, ventris fluor creticus, aut sinthomaticus uirtutum naturalium debilitate irritatione. seu materię: sitis, sanguinis narium fluxus, & superfluens Alcola.

Prognosticon.

Pleuritis vt plurimum salubris, sicut peripneumonia, vt plurimum lætalis, à sanguine facta deterior, quam à cholera tardius terminata.

Ab humoribus

Casus pectoris Abscessus,

Ab humoribus adustis & uenenosis perniciosior, à melancholia, deterior, quam à pituita tardius terminata.

Sputum bonum facile, s. uelox, plurimum, quantitati tamen materię apostematis proportionatum. Maturum, quod est Album equale, i. non diuersum in partibus, mediæ substantiæ, non fœtens, non mali saporis, nec rotundum. Conditiones boni sputi in statu. sufficit initio subrubrum sit vel subcitreum velox, & facile, in Aug. mediũ.

Sputum malum lætalæ spumosum, Rubrum purum ac citreum. Album viscosum, rotundum in omnibus deterius, non rotundo etiam, crassitie, vt plurimum superflua. Et ad phthisim multoties, Nigrum proprie fetidum. Viride minus, conuertili malum nigro, congelationem significans, aut adustionem vehementem, & putrefactionem fętore distincta. Subtile nimis, crassum, diuersum in partibus, ac materietum aquosum, dolore vehementiori interitum celerem, prolatus salutē significator. Tardum. difficile, paucum. salsum superflue, amarum, cum non spuitur malum valde, virtutis debilitatē significās materiam, seu prauam, ac fraudolentam, ni pauca fuerit materia, ex Hip. multoties sputum bonum est facile, similiter anhelitus. Et reliqua signa lætalia, velut in ea in qua dolor ad posteriora tendit, Et dorsum verberati, si tamen septimum, pertransit vt plurimũ euadit.

Lotium bonum, ut plurimum bene conditionatum ad rubrum quoddā tendit aut citreum crassum multum saniosum, crisim demonstrat laudabilem.

Lotium malum. Album, subtile, tenue: paucum, valde rubrum, liuidũ, subiugale, nigrum, viride, sine hipostasi, & deterius multo, quam bonum significet, denuntiat.

Prognosticon.

Fex bona saniosa, vt plurimum, velut lotium, melius est secundum plurimum venter ad stipticum decliaet quàm ad lubricum, fluxus. n. ventris malus in principio materiæ multitudine, in processu autem, vt plurimum virtutem naturalium uentriculi & iecoris defectionē significat, licèt quandoque cum alijs signis bonis materia prædigesta crisim bonam prænuntiet. Mala valde deterius malum significet, quam bona bonum.

Sudor bonus cum sequatur alleuiatio

Malus frigidus fœtens. diaforeticus, sequens anhelitus constrictionē.

Sanguinis nariũ fluor, aut emorrhoydalis, aut uteri bonus & laudabilis.

Febris intensa multum malum. Remissa econtra.

Extremorum frigus, interiori caumate, letale.

Rubedo faciei superflua malum. Deterior superflue liuida, color mor-

Exemplum pleuritidis.

tuo similis, facies tornatilis mortale.

Linguæ ariditas citrinitas. & Nigredo Malum,

Pulsus paruus, debilis, frequens, durus multũ, ac diuersus malum. sicut

Anhelitus constrictus nimis, & frequens.

Dolor intensus proprie ad posteriora tendens malum

Vigiliæ superfluæ. & subest malum. econtra somni incolumitas bonũ.

Delirium pessimum sitis parua bonum.

Tremor sub Thorace rationis comixtionem prænuntiat ex diafrag. cũ cerebro colligantia.

Exiturarum pleuritidis profunditas, nec Sedata febre, malum, denotat enim materiæ reuersionem ad profundum.

Pulsatione à furculis extensa ad crura. lotio aquoso absque sedimine, & sputo, nulla præsente euacuatione, letale, materiæ reclinatione ad caput, si autem septimum pertransierit, pleuritis etiam Acuta valde sanatur.

Medicamẽta cõferentia, & ægri bona tollerantia bonũ, cõtraria malũ.

Pleuritidis salubris terminationis tempus, Abscessuumque exteriorũ.

Quicũque pleuritici Hip. nonò, 5[l]. in 14[m]. diebus non purgantur Hi in empiema trãseunt, licèt Anaxion abderita pleuritide correptus ab initio vsque ad diẽ vndecimum screare nec potuerit. Et vsque in 18. prolata tussis est, & morbus vsque in 34. cum tamen plurima pleuritis 14. diem non excedat. Quem si excesserit, Ad 20. protenditur, si screasset die tertià, pro certo venisset septimà, vel nonà, vel ad plurimum vndecimà, & morbus non transisset 14. quoniam sicut in Apostemate discooperto, & non sub cute cęlato, solet eruginosus apparere sudor, hic quoque subtilis sudor est in principio. sed cum incipiat digeri, & melior fieri priore crassior est, sic screatus iste in coctione diuersus existit, sicut in Apostematibus oris, & oculi. In pleuritide enim screatus Animaduertendus. Si nullus, Morbus est in vltimo cruditatis & gradus primus. Parum & subtile secundus gradus. magis incrassatus, tunc non crudus, gradus tertius, Finaliter & cõplete incrassatus quartus gradus. qui si crassus & perfecte die tertia, vel quarta, apparuerit, impossibile erit Morbum septimum pertrãsire. longitudo ergo, & breuitas Morbi secũdum apparentia coctionis signa sunt Sputum purum vel parum Ruffum, Rubrum vel citreũ non sunt laudanda. Eruginosum, liuidum, seu nigrum perditionis signa sunt. Ablatio coctionis, non ꝑditionẽ, vel salutem, sed Morbi significat longitudinem, virtute infirmi bene perspecta, bene poterit nuntiari salus futura. Sunt & alia signorum genera ex Hippoc.

cretica

Casus Birsen.

cretica. Vt sanguinis fluxus, sudor, rigor, solutio ventris nimia. Coctio igitur velocem crisim, & fidem salutis ostendit. In vasis per vrinam cognita. In ventriculo per egestiones. Per sputa coctio in spiritus instrumentis, neque solum hoc sputum facit, sed lotium. Egestiones, ac sudores.

Rasis cum scholijs.

Cum aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuum proprie, quando siccam patitur tussim, & febrim. Pulsum serrinum habens, ex scholio, & Anhelitus constrictionem signis quinque, expedit, si dolor super partem costarum & furculam tendit, fiat minutio ex basilica eius partis in qua est dolor, nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. Aegritudo, quoque si iam per aliquot dies infestinauerit à principio, idest in Aug°. à parte dolente flebotomia facienda est. Quod si dolor inferius ad partem costarum posteriorem tendit. Venter decocto cap. 4. de catarrho soluendus. Melius tamen est flebotomia fiat. Dein Aq. hord. cum saccarrho assidue tribuatur. Et si videris tussim eius vehementis siccitatis da diluculo. i. ante ortum solis per hor. 2. omni die Iuleb. Deinde Aq. hord. cum saccarrho. Quæ vtramque intentionem, complet. Et si æger fuerit debilis nutriatur cum pane, ter, aut quater Aq. loto & saccarrho, si autem fortis Aq. hord. vsque ad diem quartum, sufficiat, Ptisana hord. cum saccarrho, quando screare ceperit decoctum capite. De Reumatismo quotidie sumat, Antequam Aquam hord. bibat. Si autem febris Acuitas perseuerent. Et æger in excreatione difficultatem patiatur, detur Decoctum capite De Asthmate. Quod similiter est faciendum. Cum saniei fit Excreatio. Quod si in principio passionis, Quod Excreatur Nigrum, aut valde citrinum apparet, & sic permanserit, & febris non quieuerit, nec calor vsque in diem septimum, timorosum est. Et si cum hoc toto, Aeris Attractio non alleuiatur, & in pectore fuerit oregmon, aut in maxillis rubedo, & in oculis labor, scholion, stupor, est morti propinquus, si autem exterius in latere apparuerit Rubedo, aut apostematio. Et cum præmitur locus dolet. Ponatur desuper ventosa, aut Emplastrum ex sinapi Mes. & ficubus. Et dimittatur ibi donec locus vlceretur. Quæ vero errore stolidorum Augumenta Nocumenti accidunt hanc ægritudinem patientibus cum Dolor sentitur in principio existimant crassam fore ventositatem. Ideoque Ell. Diamoscum, aut similia. Aegro tribuunt, eumque interficiunt, nec passio vocatur Birsen. Cuius causa est Apostema, quod oritur interius

rius sub costis hyppocundriorum, partes ventris laterales superiores, ilia inferiores.

CVRA duplici regimine fit.

Iussit Hip. 21. 1°. de acutorum dieta, in pleuritide accidente dolore siue continuo, siue post moram, p°. quidem calefactorium adhibendũ dissoluẽdi intentione, doloris. Et hęc à neotericis cura appellatur tentatiua, nam ex Gal. de cura lapidis, accidentia à quibus est caue re conuenientius sunt dolores, ex timore, qui in eis est, debilior nãque eorum virtutem prosternit, & soluit inter hominem & suas salu tes, & est sicut inimicus, & licèt det indutias, oporret, ut soluatur, & abscindatur. Medicationes. n. 4. ex Gal. 33. i. Acut. dolorem resoluũt Euaporatio. Flebotomia Solutio, seu lenitio naturę Med. ex opio, iusquiamo, & mandragora, quæ dolorẽ quidem non soluunt, sed sensum stupefaciunt, in cura itaque tentatiua euaporatione sola est utendum, Hip. uerbo 2°. uel uitreo vaseo æneo siue terre Aq. pleno. At tertiò, spongia Aq. calida infusa et expressa præstantior cum con ditionibus 4. uerbi. vel ex hordeo, & orobo. aceto, & Aq. infuso. ex 5°. sacculo infuso. Seu ex furfure. Sicca autem calefactoria, ex 6°. sal & milium cum furfure assata simul, & his vtemur, ex neotericis, in materia humida, siue flegmatica, seu sanguinea audatius, humida, enim in materia sicca cholerica, seu melancholica præstãtiora sunt, utunturque spõgijs duabus uel filtro Aq. calida sola, uel furfuris Sac culo infusis Aq. pluuia, decocto horum ℞ Alteæ lotæ non abrasa meditulio extracto, folioque maluæ an. m. j. Sem. lini ℥. s. flo. camomel. mell. aneti an. p. j. sem. plenam quoque ex hoc decocti vesicã. oleo, atque diuersis apponunt, & parietariam ol. sartagine ad ignẽ extinctam. Media autem inter humida & sicca præfacta calefacta aspersa vino, Aq. aut aceto, aut his simul permixtis, uel calefaciẽtes. ea super lateres ignitos præd. conspersos, à facilioribus leuioribus debilioribus semper exordiẽtes. Nisi ergo calefactorio dolor dissoluat. Non in eo diutius immorand. pulmonem, nanque, Hipp. verbo nonò desiccat, & empiema coadiuuat, cũque pleuritis quinque modis terminetur. Resolutione. Maturatione. Corruptione, seu putrefactione, Indurratione, permutatione, resolutio autem, aut est insensibilis cutis poris, raro, aut est sensibilis, licèt non propriè, cum paulatim refudando ad pulmonem cum tussi expellatur frequentius, cuius vera.

CVRA 8°. intentionibus completur.

Prima lenit aluum, si sit obstricta clysteri, ex Gale. De Presagio experientia confirmato, nam qui detrahere sanguinem uelit, aduertat,

ne stercus

ne stercus multum cohibeatur inter intestina, proinde molli clysteri euacuandus, nam uene ab intestinis uenantur attrahentes putridam quampiam superfluitatem, ex hordeo, fol. maluæ. viol. blitis Aq. communi decocti ℥. xv. floris cassiæ ℥. s. sine etiam, ol. viol. in cholerica aut sanguinea, vel communis . s. oliuarum in phlegmatica, & melancholica ℥. iiij. sacchari albissimi ℥. s. salis communis ℥. ij. vitelli ouo, nu. j. in phlegmatica, et melancholica, puiolis ponatur Mercurialis, & furfur, ac sem, lini, sacchari puluis, ventre leni non est opus hac prima intentione.

Secunda intentio, minuit, & diuertit causam antecedentem flebotomia, aut ventosatione huic proportionata, vel pharmatia, aut alijs diuersionum generibus. sanguine autem solo peccante aut prædominante, virtute, & cæteris consentientibus, fiat quàm citius possibile, sanguinis minutio satis copiosa alterationis maxime, ex quibusdam à sapheris in 4. casibus solum. In principio corpore, repleto multum ac materia multa. 2°. materia venenosa, aut venenositati attinente corrupta multum ac putrida. tertiò timentibus nobis materiæ raptum ad superiora & nobilia 4°. retentione alicuius euacuationis consuetæ membrorum. inferiorum mensium, hemorrhoydarũ, consolidationis vlcerũ crurũ antiquorũ, fiatque ex saphena eiusdẽ partis, nisi repletione modum excedente, ex Mes. tunc à saphena opposita, fortè melius est vtrasque saphenas flebotomate, prius contrariam. Dein basilicam oppositam, ni fortè materia existente venenosa, aut corrupta valde, & timeretur trahi materia versus cor, flebotomata basilica sinistra. Post, ex Auicen. communis lateris oppositi flebotometur repletione maxima, vbi diuersiua, flebotomia esset necessaria, raro reiteranda, ne materia congeletur. In cæteris casibus notabili repletione. primò flebotometur basilica opposita usque ad tres dies inclusiue, sed prima, & secunda die melius ex manus basilica, tertia die ex brachio. Dein, si expedit, ex basilica eiusdem lateris. uerum parua repletione & pertransita tertia die flebotomatur basilica eiusdem lateris.

Casus imaginabiles in quibus flebotomia non competit.

Pleuritis ex cholera pura à sanguinis natura distante multum, nec cũ sanguine educi apta, corpore cholerico multum, timore, ne educto sanguine cholera fureret, similiter ex phlegmate puro, corpore phlegmatico, ne perduceretur ad humorum cruditatem.

Verum quoniam humores non sunt puri communiter, immo sanguini permixti, aut apti cum sanguine educi. Et quoniam flebotomia humores omnes euacuat, si omnes in venis contineantur, ideo semper in

per in pleuritide. Et reliqs Apostematibus intrinsecis, in qbus semper opus sit diuertere, flebotomamus, quo nulla maior diuersio. Nō sic in febribus in quibus humores simpliciores existunt.

Die lunæ itaq; eadem, vt supra dictum est, temporis penuria, febrisq; insigni vehementia, ex Auicen. & Rasi solutiuū timens, flebotomia contentus, lotio rubro ad crassum tendente, et, ex Auicenna de flebotomia, oportet tibi cauēas à ventriculi & intestinorum repletione ex fece facta iam consequuta, immo in eam euacuandam stude, & si non in allo, clysteri saltem. Quo facto, extractus fuit sanguis ℥. vj.s. à saphena eiusdem lateris, ex Auicen. caue tibi, ne fiat transitus materiæ super membra principalia. Ideo ne perducerentur materię ad cordis partem, eo præsertim, cum mulier sit. Et semper fiat in ægritudinibus mulierum vteri dislocalio, à locellisque ex Hip. de fœminarum Morbis fœminarū Morbi omnes vt plurimum fiant, quibus saphenæ Flebotomia confert. Nilque Aliud ea die ordinaui pter.

Dietā, Aquam.s. hordei pro potu. & pro cibo ptisanā hordeaceam, vel panatellam absque sale cum Aqua prædicta, seu simplici & saccharo.

Aetate vero. Debilitate. Aut quauis causa Flebotomiam non consentiente. Ventosis, seu cucurbitulis natibus, aut genuum curuaturis supplendum. Et quandoque cholera, ut alio prædominante humore præmittitur ventris solutio. præstantius licèt sit, primò Flebotómia minuere, humorum omnium euacuatiua, ac diuersiua optime. Quæ plerunque sola sufficit, copiosa tamen pro repletionis, & virtutis tenore. Humorum autem aliorum prædominio Flebotomia sit copiosa minus. Dein quam citius soluatur venter, primo, soluendus illis absque sanguine peccantibus. Postea quamprimum Flebotoma, si non multum à sanguine distent, à quo multum distantibus sola sufficit pharmatia. Quemadmodum nec in herisipela extrinseca à cholera pura ex Auicen. 3ª. 4ⁱ. Flebotomia competit.

Pharmaca autem benedicta sint ac lenientia. Non stiptica, ex Mes. & Auicenna, solutiua fortia humores agitantia, & indigestos ad dolētem locum fluere facientia, Apostema augeat febrem, & corpus magis calefaciant, virtutem debilitent, & ventris fluxum, in pleuride malum prouocent fugienda quippè velut stiptica, ne stipticitatis vestigio derelicto sputum prohibeant. vt nec mirobalani, nec Rabarbarum, sicut opinatur Gordonius, conueniat, choleram licet educat, & ventris fluxum in pleuritide suspectum prohibeat. Debet. n. venter esse lenis, immo in die naturali bis assclare.

Pleuritidis autem.

Solutiuum cholericæ, ℞ Mannæ mast. el. ℥. iij. s. pro diuitibus. Pro alijs Floris

Exemplum Abscessus pectoris.

Floris cass. el. nouiter extractæ, ʒ.xij.s. ſucci viola. Pulparum ſebesten an. ℥. s. ſeri caprini q. s. Melius decocti viol. iuiuba. ſebesten. Solutiuo autem maxime vtatur Medicus dolore ad Hyppocundria deſcẽdente. Fluxus vero Timore Nullo vtatur ſolutiuo, nec virtute debili; ſicut nec flebotomia. Verumenim diuertat, & aliqualiter euacuet clyſteribus lenientibus Medijs, ſeu Acutis cum caſsia, Agarico. vel ſimilibus pro exigentia ſingulis, aut Alternis diebus, Fluxus autem Timore eorum Nullo vtatur, licet ventris Alleuiatio à fece, & flatu excuſet ab Additione noxiorum pleuritidis.

Solutiuum Phlegmaticæ ℞ Flo.caſ.nouiter extractæ, ℥. j. Agarici præparaati, ʒ. s. Decocti liquiritiæ, Paſſul. Yſopi fic. & mellis modicum.

Solutiuum Melancholicæ, Fl.caſ. ſene, Epithimo cum decocto Bugloſ. Borag. viol. Saccarrho, & pectoralit. Et abſque decocto, & liquoribus conficiuntur Boli.

Diuerſiuum & Acuitatis Humoris Equatiuum duplici, intᵉ. fit ex fol. Lactucæ. Flor. nenuph. camomel. an. m. j. Fol. Maluæ, Salicis, Vitis, Fl. viol. an. m. ij. incisa bulliant Aq. fluuiali q. s. floribus in fine additis. Quo decocto debite calido ieiuno ſtomacho ſemel in die, quo non fit clyſter, fricentur pᵒ. pedes, & crura à genu infra, Poſtea manus, & brachium à cubito infra Pleuritidi oppoſita, Regulariter licet pᵒ. Brachia. 2ᵒ. crura colluantur. Diuerſionem cum ventoſis ad cutim ſuper loco dolente non laudo, Ni id per ſe pᵒ. Natura temptarir. Quo caſu ſcarificate etiam iuuant, & Rubificantia loco oppoſita. Præcedentibus Flebotomijs Diuerſiuis Euacuatiuiſque ſolutiuis, &c.

Die 3ᵃ. martis ſequẽti mane ſic euacuaui

℞ Floris caſs. nouiter extrac. ℥. j. s. In Bolo. vel potu cũ decocto pectorali q. s.
Pro diuitibus

℞ Mannæ maſticinæ el. ℥. iiij. s. vel
℞ Floris caſsiæ nouiter extractæ ʒ. vj. s.
Mannæ maſticinæ el. ℥. j. s.
Sy. violati ℥. s.

M. Et cum decocto pectorali q. s. fiat potus, caſu noſtro exhibitus,

Si lenieris Naturam, ex Auicen. cum eis quæ ſunt ſicut caſsia fiſtula cũ ſaccarrho, & Tereniabin, & ſirac hoſt. Rectum erit, Qua Medicina corporis beneficio bono habito.

Tertia intentio, Repercutit cauſam antecedentem in principio ſolum principiante, non in Augᵒ. uſque ad dies 2ᵉ. communiter, Ne in cõiunctam tranſeat cum exterius, nõ aũt interius, Applicitis Domeſticis Repercutiẽtibus, nec fortib. Exceptis ſp caſib. q excipiũtur, 4ᵃ. ...

T De cura

Casus Sosati.

De cura Apostematum. si materia venenosa sit, vel corrupta multū. aut crassa Repercussioni inepta. Timeaturque eius Redditus ad pulmonem, cor, cerebrum, & similia membra Nobiliora. Ac Repletio multa. Verum quoniam frequenter præsunt conditiones præd. Repercutientia communiter ommittuntur. Domestica autem ex Gale. cera Alba cum ol. ros. permista Aq. ros. pluries lota. Censiua Mes. Fortia cum ros. aceto, & Balaustijs ommittantur. In cholerica licèt subtili licentiora, quam in materia crassiori, iuuant enim incrassando pro parte ad digestionem oleum ros. in hac satis conuenit securius violaceum.

Quarta intentio Digerit, Tam causam Antecedentem, quam coniunctam. Tam interius, quam exterius Applicitis Remedijs.

Quarta, Die Mercurij Mane in Aurora, vespereque si placuerit, ante cœnam hor. 2. potet syᵐ. hunc.

℞ sy. Violati ℥.j. } vel vtriusque an. ʒ.vij.
Iuiubini ℥.s. }

Aq. Viol. farfaræ, Alteæ. an. ℥. j. M. vel Aquarum loco decocti hordei. iuiubarum. sebesten ℥. iij. hyeme calidi. Aestate tepidi, Aq. hordei addita, pro maiori extinctione, syᵒ. de nenophare pro mai. infrigidatione, ac Mucillagine psillij ʒ.s. Rescindãtur pro posse Astringentia portulaca, papauer. lactuca, & similia. Conueniunt Aq. citrulli. Cucumeris, Mellonis indi. sole cum saccarrho, aut sy. præd. In sanguinea Digestiua sint Abstergẽtia magis, minusq; Alterãtia, velut, suprad. sy. Aq. hordei, sem, communium frigidorum, iuiubarum. sebesten. ac similium. In phlegmatica. Aq. mel. oximel. sy. de liquiritia, & huiusmodi. In melancholica sy. de buglos. De pomis dulc. Digerunt exterius Dolori Applicita in cholerica, & sanguinea ol. viol. Amig. dul. petia linea subtili infusa calida duabus reuolutionibus fascia colligata. In phlegmatica, & melancholica adduntur pectoralia calida magis ol. camomel. ex vngᵐ. pectorale &c.

Linimentum dolore perseuerante cum tussi sicca, nec vehementi febre.

℞ Vngenti pectoralis ℥.j.
Ol. Amigd. dul. } an. ℥.s.
Viol. }
M. Expertissimum.

℞ Ol. viol. } an. ʒ. iij. Pinguedinis gallinæ } an. ʒ. ij. s.
Amigd. dul. } Butyri recentis. }
Sem. lini. }
M.

Dolenti

Exemplum Morbi particularis.

Dolenti loco fit fomentum hoc.

℞ Flor. camomel. } Mellilo. } Aneti. } an. m. s. Viol. }
Sem, Alteæ } Maluę } Fenugreci. } an. ℥. s. Lini. }
Capillorum ven. Hordei mund. m. j.

Bulliant Aq. Ad tertiæ partis cōsumptione, & spōgia, filtrū, vesica duobus cyathis decocti impositis Applicetur pluries calida ante cibum. Postea exiccatus locus, cum superiorum Altero linimento perungatur, post fomentum & vnctionem, lambat multoties. Ad sputum facilitandum, ex Auicen. & oportet vt sit mage^a. int^o. Ad hoc vt sputū facile sit, cochleare el. huius.

℞ Penidiarum. } Diadraganti. } an. ℥. j. s. Sacch^i cādi viol. }
Sy. viol. ℈. s.
M. & inauretur.

Quæ etiā separatim ore teneant cōtinue quaq; hora lambenda, nec masticanda.

Quinta intentio causam antecedentem eradicat. pharmatia; flebotomia prius Basilicę eiusdem lateris extractis sanguinis ℥. iij. vel iiij. iteranda, si opportuerit in causa forti, ex Auic. & ad summum melius est, vt flebotomiæ vices multe sint. Quam ipsius quantitas sit multa, ne materia congeletur, & sputum prohibentur, pro virtute, & repletione. Transacta vt plurimum tertia die, obseruatis canonibus supra.

Die quinta Iouis, dolore vehementi perseuerante, neque ægro veluti in quarto bene se habēte flebotomia nihilominus alleuiatus vsq; ad Diem septimum sabbati perseueraui cum sy. & clysteribus ventrem lenientibus, ex Auicen. & stude vt alleuies ventris partes, ne pectoris comprimant partes. Qua die cepit habere sanguinis sputum indicans Abscessum esse digestum. Dein materia præter sanguinem peccante, eradicetur pharmacia virtuti, ac materiæ proportionata, obseruato semper vt inter flebotomiam, & pharmatiam cadat dies medius, in quo virtus Restaurari posiit. Estoque semper memor ne ventrem nimium lubrices. Præstat enim sit stipticus magis, quam lubricus nimis. Caue autem à Medicina solutiua. Exhibendo Fl. cass. nouiter extractæ ʒ. xij. s. Bolo cum saccarrho melius, vel potu cum Aq. viol. seu decocto pectorali supra, magno licèt ægroq; horribili.

Sexta intentio causam coniunctam digerit, illamque Ad spuendum habilitat, abstergit, & paulatim sputo mundifica. Et pro parte insensibiliter resoluit, si videatur posse via hac terminari. Cauendo sem-

per iuxta posse, Ne suppuretur cum el. supra. Ingredientibus. Saponea Aq. viol. farfaræ, scabiosæ, pulmonariæ confecta, iuleb viol. ac sy. iuiub. buglos. liquiritiæ præstantissimo. Trazea violacea. & ex Penidijs, saccarrho, candi viol. Didragatis. saccarrho. Aquisque præd. Composita. In pueris propter vermes Addũtur semina caulium munda. Fit etiam sy. longus ex liquiritię rasæ. hord. mund. an. ℥. s. sebesten. ℥. j. iuiub. ℥. ij. viol. m. ij. succi granati dul. ℥. vj. Aq. præd. Lib. iiij. saccarrhi cand. penid. Diadraganti an. ℥. j. s. incidenda incidantur bulliant igne leui ad consumpt. tertię partis. Iuleb fiet tepidum aut calidum gargarizandum, ore tenendum. lambendum. Deglutiendum sepius in die maximo ieiuno stomacho. Mundificat amplius ac digerit addendo suc, liquiritiæ ℥. j. sem, maluę, alteæ, communium frigidorum an. ℥, s. efficatius additur mel. viol. ℥. j. Et præstantior confectio mediocriter liquida ex diadrag. frigid. nicolai ℥. iij. mucillag. sem maluæ, alteæ, citoniorum. mãnæ an. ℥. ij. mellis viol. ℥. s. In sanguinea requiritur maior Abstersio, & minor infrigidatio. In viscosa materia aliqualis icisio cũ oximellite.

Exterius Fomẽtum fiat prædictum paretaria addita altea, ac similibus. & superioribus vngantur postea. Minuunt enim dolorem, & sputum accelerant. vnctioni superponitur emplastrum sequens Maturans, Mundificans, Dolorem sedans Tepidum in die quandoque bis iteratũ ex flo. viol. m. iij. Mucilag. Alteæ, sem, lini. Fenug. Fl. camomel. melil. an. ℥. s. ol. viol. amigd. dul. butyri recentis absque sale, an. q. s. ad impinguandum. & ad inspissandum Farinæ hord. partes ij. sem, lini part. j. Fl. bulliant prius. Dein igne lento cõmisceantur Reliqua.

In phlegmatica intus requiritur minor infrigidatio, maior incisio, & abstersio cum ydromel. oximel. s. sy. de liqui. superioribus qbusdã additis. Aq. mel. cum caricis, pass. liquir. loch de pino. Caulium. In melancholica attendẽtes mollificationi magis, in phlegmatica abstersion. fit decoct. mel. passul. liquir. lupul. buglos. oximelle addito incisionis opere. pro infrigid. maiori. adduntur viol. sy. viol. Pro maturationi ampliori sem, maluæ. citon, alteæ. carica. loth de pino. sy. de buglos. mel. viol. Mucilag. sem. Alteæ. maluæ, citon, sublimis. Non enim expolianda sunt Abstergentia, nec incidentia à Maturantibus, & asperitatem remouentibus, sic enim felicitatur opus.

Extra applicentur olea, pinguedines. Mucillagines superiorum. Abstergit fortius Radix lilij. caules cum butyro, vnguentum leue ℞ Mucillag. Alteæ. Fenugreci, sem, lini, butyri recentis, Medullę cruris vituli. ol. Amigd. dul. liliorũ Alb. an. ℥. s. croci ℈. ij. M.

Septima intentio accidentia corrigit. Vigiliarũ autem tollitur instantia

Casus Pleuritidis.

tia p°. lotione crurum, & Brachiorum Trahendo inferius cum diuer- siuo 2°. intentionis supra ex fol. lactucę, Additis corticibus pa- pa. albi, & nig. ac sem. iusquiami vngantur tempora, & Frons cum Diapulōne, addito apio, si oporteat. Detur hora vna post cænam necessitate vrgente sy. de papa. Nenuph. an. ℥ vij. Aq. lactucę, Nenuph. an. ℥ j. s. m. Sy. De papa. factus ex sem. nō ex cortice, sed caua. Ne sputum cōpingat, quod esset deterius, cuius timore detur, cum Aqua mel. aut decocti passul. aut similium. Iubeth curetur Aceti odoratu ponendo pecias in eo infusas circa frōtem, & tempora. Cu- curbitulas applicādo parti posteriori descēdentes, clysteria impo- nēdo ad hoc ꝓpria. Frictiones fortes factæ inferius trahentes ligatu- re, & fiāt, quæ capite, De subeth narrātur. Frenitidi si vera non sit somnus prouocetur crura colluētes & Brachia velut superius De vigiliarum instantia, super cōmissura coronali Embroca fiat. Aut fomētū decocti ꝑdicti, crurū &c. Pullus colūbinus p medium diuisus, iusq a, alb. pul. aspersus tepidus penatur sup cōmiss. p². p horā dimis- sus. Ventrē stipticū, sicut accidit, vt plurimum in tali morbo, lenias p°. clysteri leniente, Acuto etiā, si oporteat. In ascensu materię fle- botomētur saphene. Vētose spatulis, & Natib. scarificate applicētur. Post Ascēsum aūt virtute cōsentiente cephalica flebotometur, ab e- morrhoydib. Hirudinib. appositis sanguis extrahatur ℥ vij. Hip. 11. 6. Melāncholicis, & freniticis emorrhoydes inate bonū Gal. cō. & arte ꝓuocate, imo pueris infra trieniū, & decrepitis minia sanguis por- tione extracta, cōsueui apponere frequēter felicis. saluti ppetuæ re- stitutis. Venæ quoq; postea frōtis. Sanguis nariū ꝓuocetur. Vnct. p°. Alterantes & somnum in ꝓcessu adducentes aliquātulū Resolutiue applicētur. In rāptu materiæ ad caput, & neruos. Frictiones fiāt late- ris cōtrarij. Loca lęsa vngātur ol. camomel. lili, alb. debite calidis lanę succide faldelis inuolutis &c. Diuersiones fiāt clysteribus. Syncopi, & virtuti debilitati subuenimus pullę contuso. iure cōsumpto, su- blimatibus. Vini dul. modico Aq. hord. aut viol. limpharo exhibito. Raptui Humorū, & vaporū ad cor ꝓsunt diuersiones cuiusq; gn̄is su- pra. cōfortetur cor, & spūalia odorib. bonis, & reliqs supra. Situs sedat cū humectātib. & inflām. vehemētē extiguētibus Aq. citrul melo, idi. Mucillag psil. & cōsimilib. neq; actu fridis, pmixtis qn̄q; leuiter ab- stergētibus. Et lenificet sputū cū sacch°. aut granati dul. succo. Siti au- rē à spūaliū caumate aeris tēperati libertas iuuat ad hum. decliuis. Si- ti vero ab ebullitione cholerę rubrę cōfert sy. acetos. & viol. cū Aq. plurima, & Aq. hord. ordine, & arte debite facta. Sanguis nariū fluxū creticū, nisi modū excesserit, nec restrīgimus. Nō creticū sāguis exu-

berantia

Exemplum Birsen.

berantia flebotomia iuuatur, & reliquis capite proprio. Similiter & ex ebullitione magna cũ extinguentibus & ebullitionẽ, sedantibus, ita tamen vt non conpingatur materia, & sputum prohibeatur. Ventris Fluxus in principio contingens dupliciter, aut multitudine, materiæ, Regulante natura, quoniam sequitur anhelitus facilis, lentescentia febris, nec restringendus, quia bonus. Aut multa materia, non Regulante natura, immo est sicut egurgitans, quem sequitur anhelitus constrictio, & feb. inflammatio, Malum. Tunc enim forte Mors superueniet in quarto, vel ante, Nec nisi modum excesserit, Restringendus, obuiamus tamẽ prauæ hum. qualitati, seu occultæ, seu manifestæ naturam impedienti, vt Regulare nec valeat. Ideo natura ipsa fouenda est ne cadat. Fluxus autem in fine Morbi, vel finẽ præcedens dupliciter vel creticus, Natura expellente noxium separante post Digestiuum, ni excesserit, incolumitate sequente, nec Restringendus. Debilitate autem existente membrorum naturalium. & prostratione, digestionis & contentricis, quam sequitur Mors, subuenimus. Confortantes vtranque virtutem, cum interius ac exterius Applicitis, adeo vt nec prohibeatur sputum. Alcolæ vel oris excoriationi, aut à feb. acutæ vaporibus, humorum, vel putrescentium membrorum naturalium, vel spiritualium. Vlceris seu pectoris, aut pulmonis significatis ob multam vlceris corrup^m. subuenimus cũ pd. capite proprio. Cauentes semper, ne remedia localia stiptica sint multum sputum impedientia. Quod esset deterius. Conuenit ergo lactis in ore retentio, & gargarizatio. Decoctumque iuiubarum. Diadrag. & huiusmodi in vtroque conferentia.

Octaua intentio, Regimen 6. Rerum. Aer in actiuis temperatus sit, declinans potius ad calidum quàm ad frigidum, ad humidum tendens aliqualiter. Vitetur vaporosus, vẽtosus, fumosus, superflue hum. Aquosus. similiter æstuosus at sic, magno autem spiritualium caumate, siti ardenti, & huiusmodi calidioribus superfluis posset aliqualiter ad frigidum, & humidum declinare. Nec suffocatus si vaporibus plenus anxio præsertim spiritu cum se anhelitus subsequantur, sit moderate luminosus, anxio spiritui languentisue suffocationi, illuminatus magis, odore remisso, non redolens intenso, somnus sit septime vel octo horarum nocturnus potius. Diurnus etiam post horam cum dimidia à prandio. Dormiat non Reuolutus, sed quasi sedens, situ quo minus à dolore molestetur. verum iacere super latus ægrum ad spuendum vtilius.

Inanitũ potius corpus sit, quàm plenum. sollicite euacuet superfl. oẽs cateralesore, naribus, sollicitet tussim, sputum, nec dolori parcat,

bis die

Exemplum cholerici Apostematis.

bis die ante cænam et prandium, vnica licèt diurna Assellatio sufficere posset, ventris beneficium habeat natura, Medico, seu auxilio clysteri, vel Balano. Lotium nec retineat, sudoré, nec inuitante natura, constringat.

Quiescat, nec exerceatur. Frictiones enim à pectore infra exercitij vices supplent, ad inferiora reuellunt ieiuno quandoque ventriculo factę, ni se debilitari senserit, parum voceque submissa loquatur.

Gaudeat, speret, sollicitudinem, timorem, tristitiam, gaudium ingés, verecundiam, omnesque excellentes animi passiones effugiat.

Victus quatuor, respiciat. Morbum, causam eius. Accidentia. A statu distantiam, aut propinquitatem. Intensior enim Morbus. Accidentia seuiora, natus propinquior victum tenuiorem Requirunt, Causa morbi victus quale potius, quam quantum conspicit secundo ægroti robur, & virtutis, minus de cibo postulat, paucisque vicibus. Debilitas econtra, consuetudo 17°. i°. Hip. tam quantitatem continuã, quam cibariorum discretam indicat. ætate considerata freque tius pueri quater in die cibandi. Ter decrepiti, iuuenes plus pro vice, sed rarius, senesque primi, atq; minus. Quarto Repletio multa victum tenuem, Inanitio crassiorem optat.

Cholericæ pleuritidis, & sanguineæ exemplum,

Intensæ mediocriter corporis, Repletionisque consimilis, ætatis à 10^m. vsque ad 70. annos, cuius status debet esse, sicut plurimum, fit in septimo, prima die naturali & Repletus duobus diebus nihil comedat. Bibat solam Aq^m. hord. vel saccarrhi, cum iuleb, aut sy^r. viol. Aqua tripla fit, aut quadrupla arte sic confecta. ℞ hord. mundi pan no fricati aspero vehementer partem unam. Aquæ partes. 20. Decoquatur igne lento spuma ablata, ad Medietatis, seu duarum, partium consump^m. potus hic Medicinalis est, abstergit, lauat sputum facilitat, ventré lenit. obstructiones, aperit, lotiumq; cit. Po tus tantum ex hord. mund. fracto, &c. cum Aq. partibus 8°. vnica ebullitione decocto, prima piecta Aq. Hord. coquatur cum Aq. calidæ, ℥. 20. leuiter ad consump^m. ℥. 10. sitim, & asperitaté sedat, inflammat^m. maioré ac siccitaté extinguit, pectus, pulmonem, & guttur lenit. ven trem lubricat. Præcordia humectat, & sputum facilitat. Aq. saccarrhi fit, ex saccarrhi, el. ℥. ij. Aq. ℥. xxxv. Ad consump^m. med. aut septi me partis. Die secunda, immo innanitus statim ptisanam hord. edat ex farina hord. factam, ex granis melioré, debite coctã, aut ex Mes. vltimæ aquæ refusis parum post parum adhuc partibus 10^m. inspissatam inter spissum & liquidum mediam cibum prãdio cænaque lau dabil em. Die tertia ptisanã p^m. vtroque factam modo in iure parui pulli

Casus Biliosi Abscessus.

pulli edat. Die quarta, & quīta, similiter sexta, ac septima. In quibus ægritudinis status, & seuissima sunt accidētia, Rursum redeat ad Ptisanam pm. Aqua, factam cum saccarrhi modico ad libitum. Die decima, & vndecima, pullus maior sit ptisanę cum plurimo saccarrho. Diebus sequentibus Detur ptisana cum pulli pulpis cum saccarrho, contusi. Vsque ad 14. Postea inclinante ferè totaliter Morbo, præter fercula, pulli extremitates edat Diebus. Dein vlterioribus comedat maioris Alimenti partes. Et potet Vini Aquosi parū cum Aq. saccarrhi Tandem Vinum Dulce cum Aq. præfata. Nunquam tamen Vinum Bibat. Ni ægritudo totaliter declinauerit, Dulce præsertim, licet hæc Magnifica Matrona maximam semper habuerit voluntatem at immoderatum Desiderium Vinum potandi. ac cibaria incrassandi. Quapropter vinum Cerasiarum Acrium, industria mea compertum exhibuimus. Nolentibus ptisanam. Amigdalatum detur. Et lac sem, communium frigidorum Mellon, præcipue vsitatum, cum pulli iure. Aut panatella Pane, Aq. calida quinquies loto, licet Galen. panem inhibeat. Aut consumptum detur, vnctuosis abiectis, cum saccarrho, uel sine. Aut cucurbita in iure pulli. Aliquid vel ex malua. Bliti. & spinachijs. Aues paruęs terrestres consimiliter, pisces paruis petrosi. Oua sorbilia. In fine mensę poma cocta, granata Dulcia, confectiones. In Declin^ne. Martius panis ex Amigdalis, saccarrho, & Aq. superioribus. Pineę pp. & confectę. Passule transmarine. Et secundum maiorem status Distantiam post diem 2^m. Incrassatur victus. Vtpote statu in 14°. Die tertia Damus pulli contusum cum ptisana vsque ad 11. Deinusque ad 14. ptisanam solam. Posteà inclinante pleuricide reddimus ad ptisanam cum pulli contuso.

Phlegmaticæ, & melancholicæ Exemplum.

Die prima detur Aq. mellis confecta sic. ℞ mellis clari. Lib. 1. Aq. Lib. viiij. x. vel xj. pro maiori, ac minori, inflammatione bulliant igne leui ad tertiæ partis cōsumptum, dispumata optime & percolata Cibaria, Cicerum Rub. ius. Aut ptisana cicerum iure, aut caulium. Buglos. aut borag. materia melancholica. Kist cicerum cum iure pulli, aut sine pro tporum exigentia. Dein pulli cōtusum. pisces. Vinū, &c. In quibus Dieta incrassatur audatius, statu vt plurimum distantiori. Compellimur quandoque irregulariter vinum dare & contusum in statu, Virtute dissoluta & defecta. Si autem Pleuritis non Resoluatur, sed suppuretur, signo, Quoniam in 14. diebus non mundificatur. immo accidentia propria augentur. stante Virtutis Robore suppurationem expecta. Et imbecillitate, mortem.

